Singulari vir ingenio Aristoteles et paene divino ipsene errat an alios vult errare, cum scribit Eudemum Cyprium,¹ familiarem suum, iter in Macedoniam facientem Pheras venisse, quae erat urbs in Thessalia tum admodum² nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu³ tenebatur; in eo igitur oppido ita graviter aegrum⁴ Eudemum fuisse ut omnes medici diffiderent; ei visum in quiete⁵ egregia facie⁶ iuvenem⁷ dicere fore ut perbrevis⁸ convaleretur, paucisque diebus interiturum Alexandrum tyrannum, ipsum autem quinquennio⁹ post domum esse rediturum? Atque ita quidem prima statim scribit Aristoteles consecuta, et convaluisse Eudemum et ab uxoris fratribus interfectum tyrannum; quinto autem anno exeunte, cum esset spes ex illo somnio¹⁰ in Cyprum illum ex Sicilia esse rediturum, proeliantem eum ad Syracusas occidisse;¹¹ ex quo ita illud somnium esse interpretatum, ut cum animus Eudemi e corpore excesserit, tum domum revertisse videatur.—Cicero, *De Divinatione*, i, 53.

¹*Cyprium*, 'of Cyprus.' ²*admodum*, 'very.' ³*dominatu*, 'rule.' ⁴*aegrum*, 'sick.' ⁵*quiete*, 'sleep.' ⁶*facie*, 'beauty.' ⁷*iuvenem*, 'youth.' ⁸*perbrevis*, equivalent to *perbreve tempore*. ⁹*quinquennio*, used for *quinque annis*. ¹⁰*somnio*, 'dream.' ¹¹*occidisse*, from *cado*.

LATIN 4—CICERO (MANILIAN LAW AND ARCHIAS) AND SIGHT TRANSLATION OF PROSE

Thursday

9-11 a. m.

Translate the following passages, and answer the questions. The translation should be exact, but in clear and natural English. It is important that enough time be given to II to deal with it satisfactorily.

I

Cnidum aut Colophonem aut Samum, nobilissimas urbis, innumerabilisque alias captas esse commemorem, cum vestros portus, atque eos portus quibus vitam ac spiritum ducitis, in praedonum fuisse potestate sciatis? An vero ignoratis portum Caietae celeberrimum ac plenissimum navium inspectante praetore a praedonibus esse direptum; ex Miseno autem eius ipsius liberos qui cum praedonibus antea ibi bellum gesserat a praedonibus esse sublato? Nam quid ego Ostiense incommodum atque illam labem atque ignominiam rei publicae querar, cum prope inspectantibus vobis classis ea cui consul populi Romani praepositus esset a praedonibus capta atque oppressa est? Pro di immortales, tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem adferre rei publicae potuit ut vos qui modo ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani ostium praedonum navem esse audiatis?—*Pro Lege Manilia*, 33.

1. What four things does Cicero enumerate in this speech as the chief qualifications of an *imperator*? Which of these qualifications is he illustrating in the passage above?
2. By what law was Pompey put in command of the war with the pirates? In what year? Describe his previous military achievements.
3. Where were the places referred to in *Samum* (line 1), *Miseno* (line 5), *Ostiense* (line 7)? What is meant by *Oceani ostium* (line 13)?
4. What is the point of the contrast between *Cnidum aut Colophonem aut Samum* (line 1) and *vestros portus* (line 2)? Explain the meaning of *quibus vitam ac spiritum ducitis* (line 3). Of what facts is Cicero thinking when he says *tam brevi tempore* (line 11)?
5. What force does *an vero* (line 4) give to a question? What part of speech is *pro* (line 10)? Explain the use of *ii* (line 12).

Read the passage through several times before beginning to write the translation.

[*Metellus takes steps to entrap Jugurtha.*]

Metellus postquam videt neque oppidum capi, neque Iugurtham nisi ex insidiis aut suo loco pugnam facere, et iam aestatem exactam esse, ab Zama discedit et in iis urbibus quae ad se defecerant¹ satisque munitae loco aut moenibus erant praesidia imponit; ceterum exercitum in provinciam quae proxima est Numidiae hiemandi gratia² conlocat. Neque id tempus ex aliorum more quieti aut luxuriae concedit, sed quoniam armis bellum parum procedebat, insidias regi per amicos tendere³ et eorum perfidia pro armis uti parat. Igitur Bomilcarem, qui Romae cum Iugurtha fuerat et inde vadibus⁴ datis de Massivae nece⁵ iudicium fugerat, quod ei per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat, multis pollicitationibus adgreditur, ac primo efficit ut ad se conloquendi gratia occultus⁶ veniat; deinde fide data, si Iugurtham vivum aut necatum sibi tradidisset, fore ut illi senatus impunitatem et sua omnia concederet, facile Numidae⁷ persuadet, cum⁸ ingenio⁹ infido tum metuenti ne, si pax cum Romanis fieret, ipse per condiciones ad supplicium traderetur.—Sallust, *De Bello Iugurthino*, 61.

¹defecerant, 'had gone over.' ²hiemandi gratia, equivalent to *hiemandi causa*. ³tendere, 'lay.' ⁴vadibus, 'bail.' ⁵nece, 'murder.' ⁶occultus, 'secretly.' ⁷Numidae, 'the Numidian'; Bomilcar is meant. ⁸cum . . . tum, 'both . . . and.' ⁹ingenio infido, 'of a faithless disposition.'

LATIN 4—CICERO (MANILIAN LAW AND ARCHIAS) AND SIGHT TRANSLATION OF PROSE

Thursday

9-11 a. m.

Translate the following passages, and answer the questions. The translation should be exact, but in clear and natural English. It is important that enough time be given to II to deal with it satisfactorily.

I

Qua re conservate, iudices, hominem pudore eo quem amicorum videtis comprobati cum dignitate tum etiam vetustate; ingenio autem tanto quantum id convenit existimari quod summorum hominum ingeniis expetitur esse videatis; causa vero eius modi quae beneficio legis, auctoritate municipi, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quae cum ita sint, petimus a vobis, iudices, si qua non modo humana verum etiam divina in tantis ingeniis commendatio debet esse, ut eum qui vos, qui vestros imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornavit, qui etiam his recentibus nostris vestrisque domesticis periculis aeternum se testimonium laudis daturum esse profitetur, estque ex eo numero qui semper apud omnes sancti sunt habiti itaque dicti, sic in vestram accipiatis fidem ut humanitate vestra levatus potius quam acerbitate violatus esse videatur.—*Pro Archia*, 31. 5 10

1. In what year was this speech delivered? Who was the praetor before whom the case was tried? What was the charge against Archias? What was the real purpose of the prosecution?
2. Explain the reference in *legis* (line 4). State the provisions of this *legis*. Give the name of the *municipi* (line 4). Of what is Cicero thinking when he says *his . . . periculis* (lines 8, 9)?
3. Where did Archias receive his early education? What advantage does Cicero find in the fact that the poems of Archias were written in Greek? What poetical writings of Archias does Cicero refer to in this speech?
4. For what does Cicero say that he was personally indebted to Archias? Show precisely how Cicero uses his praise of literature as an argument for the acquittal of his client.
5. What is gained by the repetition of *qui* (lines 7, 8)? After what other words would *qua* (line 6) have the same meaning that it has in this sentence?

Read the passage through several times before beginning to write the translation.

[Cicero tells why he refused to act as counsel for Autronius, charged with complicity in the conspiracy of Catiline.]

Veniebat enim ad me et saepe veniebat Autronius multis cum lacrimis¹ supplex ut se defenderem, et se meum condiscipulum² in pueritia, familiarem in adulescentia commemorabat fuisse, multa mea in se, non nulla etiam sua in me proferebat officia. Quibus ego rebus, iudices, ita flectebar animo atque frangebar ut iam ex memoria quas mihi ipse fecerat insidias deponerem, ut iam immissum esse ab eo C. Cornelium, qui me in meis sedibus, in conspectu uxoris ac liberorum meorum trucidaret, obliviscerer. Quae si de uno me cogitasset, numquam illius lacrimis ac precibus³ restitsem; sed cum mihi tela, cum caedes, cum civium cruor⁴ versari ante oculos coeperat, tum denique ei resistebam, neque solum illi hosti ac parricidae sed his etiam propinquis⁵ illius Marcellis, patri et filio, quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filii suavitatem⁶ obtinebat; neque me arbitrabar sine summo scelere posse, quod maleficium in aliis vindicassem, idem in illorum socio, cum scirem, defendere.—Cicero, *Pro Sulla*, 18, 19.

¹ lacrimis, 'tears.' ² condiscipulum, 'schoolmate.' ³ precibus, 'entreaties.' ⁴ cruor, equivalent to sanguis. ⁵ propinquis, 'relatives.' ⁶ suavitatem, 'lovableness.'

LATIN 5

VERGIL—*ÆNEID*, BOOKS I, II, AND IV OR VI, AND SIGHT
TRANSLATION OF POETRY

LATIN NR5—VIRGIL (AENEID, I, II, AND IV OR VI)
AND SIGHT TRANSLATION OF POETRY

LATIN DQ—VIRGIL'S AENEID, BOOKS I-VI, AND SIGHT
TRANSLATION OF POETRY

Thursday

1.30-3.30 p. m.

Translate I and either 2 or 3, and answer the questions on the passages translated. Translate also II. It is important that enough time be given to II to deal with it satisfactorily. The translation should be exact, but in clear and natural English.

I

1. "Sanguine placastis ventos et virgine caesa,
cum primum Iliacas, Danai, venistis ad oras;
sanguine quaerendi redivus, animaque litandum
Argolica." Volgi quae vox ut venit ad auris,
obstipuerunt animi, gelidusque per ima cucurrit 120
ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo.
Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
protrahit in medios; quae sint ea numina divom
flagitat. Et mihi iam multi crudele canebant
artificis scelus et taciti ventura videbant.—ii, 116-125. 125
- a) From whose tale is this passage taken? Whose words does he pretend to quote in verses 116-119? Tell the story to which reference is made in *virgine caesa* (verse 116). Where were the *Iliacas oras* (verse 117)? Who is meant by *Ithacus* (verse 122), and why was he so called?
- b) What other form might have been used for *obstipuerunt* (verse 120), had not the metre prevented? Explain the form of *divom* (verse 123).
- c) Copy verse 117, and indicate the division into feet and the principal caesura.
2. "Vixi, et quem dederat cursum fortuna peregi,
et nunc magna mei sub terras ibit imago.
Urbem praeclaram statui, mea moenia vidi; 655
ultra virum poenas inimico a fratre recepi;
felix, heu nimium felix, si litora tantum
numquam Dardaniae tetigissent nostra carinae."
Dixit, et os impressa toro, "Moriemur inultae,
sed moriamur," ait. "Sic, sic iuvat ire sub umbras. 660
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, et nostrae secum ferat omina mortis."—iv, 653-662.
- a) Tell more fully the story touched upon in verses 655 and 656. Why is Aeneas called *Dardanus* (verse 662)?
- b) What would regularly be used instead of *mei* (verse 654)?

3. "Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
fare age, quid venias, iam istinc, et comprime gressum.
Umbrarum hic locus est, somni noctisque soporae; 390
corpora viva nefas Stygia vectare carina.
Nec vero Alciden me sum laetatus euntem
accepisse lacu nec Thesea Pirithoumque,
dis quamquam geniti atque invicti viribus essent.
Tartareum ille manu custodem in vincla petivit 395
ipsius a solio regis traxitque trementem;
hi dominam Ditis thalamo deducere adorti."—vi, 388–397.
- a) Who were *Alciden* (verse 392), *dominam Ditis* (verse 397), *Ditis* (verse 397)? What was the *Tartareum custodem* (verse 395)?
- b) Explain the spelling of *vincla* (verse 395). How does the pronunciation of *ipsius* in verse 396 differ from prose usage?

II

Read the passage through several times before beginning to write the translation.

[*The tranquil life of the philosopher is contrasted with the vain ambitions of other men*]

Suave,¹ mari magno turbantibus aequora ventis,
e terra magnum alterius spectare laborem;
non quia vexari quemquam est iucunda voluptas,
sed quibus ipse malis careas quia cernere suave est.
Suave etiam belli certamina magna tueri
per campos instructa tua sine parte pericli.
Sed nil dulcius est, bene quam munita tenere
edita² doctrina sapientum templa serena,
despicere unde queas³ alios passimque videre
errare atque viam palantis⁴ quaerere vitae,
certare ingenio, contendere nobilitate,
noctes atque dies niti praestante labore
ad summas emergere⁵ opes rerumque potiri.
O miseras hominum mentis, O pectora caeca!
Qualibus in tenebris vitae quantisque periclis
degitur⁶ hoc aevi, quodcumque est! Nonne videre⁷
nil aliud sibi naturam latrare,⁸ nisi utqui⁹
corpore seiunctus dolor absit, mensque fruatur
iucundo sensu, cura semota metuque?

Lucretius, *De Rerum Natura*, ii, 1–19.

¹*Suave*, 'sweet'; supply *est*. ²*edita*, 'lofty.' ³*queas*, from *queo*, 'be able.' ⁴*palantis*, from *palor*, 'wander about.' ⁵*emergere*, 'to raise themselves.' ⁶*degitur*, 'is passed.' ⁷*videre*, exclamatory infinitive. ⁸*latrare*, 'demands.' ⁹*utqui*, translate as if it were *ut* alone.

LATIN NR5—VERGIL (AENEID, I, II, AND IV OR VI) AND SIGHT TRANSLATION OF POETRY

Thursday

1.30-3.30 p. m.

Translate I and either 2 or 3, and answer the questions on the passages translated. Translate also II. It is important that enough time be given to II to deal with it satisfactorily. The translation should be exact, but in clear and natural English.

I

1. "Aspice (namque omnem, quae nunc obducta tuenti
mortalis hebetat visus tibi et umida circum
caligat, nubem eripiam; tu ne qua parentis
iussa time neu praeceptis parere recusa):
hic, ubi disiectas moles avolsaque saxis
saxa vides mixtoque undantem pulvere fumum,
Neptunus muros magnoque emota tridenti
fundamenta quatit totamque a sedibus urbem
eruit: hic Iuno Scaeas saevissima portas
prima tenet sociumque furens a navibus agmen
ferro accincta vocat.
Iam summas arces Tritonia, respice, Pallas
insedit, nimbo effulgens et Gorgone saeva."—ii, 604-616
- 605
610
615
- a) Under what circumstances were these words spoken? What effect was the vision here described intended to produce upon the one who was to see it? Why did the speaker think it necessary to say *tu . . . recusa* (verses 606-607)?
- b) Why was Juno *saevissima* (verse 612) to Troy? What precisely is meant by *Gorgone saeva* (verse 616)?
- c) Copy verses 605 and 606, and indicate the quantity of each syllable, the division into feet, and the principal caesuras.
- d) Explain how it happens that so many verses in the Aeneid (as in this passage, verse 614) are not complete hexameters.
2. "Iliacas igitur classis atque ultima Teucrum
iussa sequar? Quiane auxilio iuvat ante levatos,
et bene apud memores veteris stat gratia facti?
Quis me autem, fac velle, sinet, ratibusve superbis
invisam accipiet? Nescis heu, perdita, necdum
Laomedonteeae sentis periuria gentis?
Quid tum? Sola fuga nautas comitabor ovantis?
An Tyriis omnique manu stipata meorum
inferar, et quos Sidonia vix urbe revelli
rursus agam pelago et ventis dare vela iubebo?
Quin morere, ut merita es, ferroque averte dolorem."
- 540
545
- iv, 537-547.
- a) Rewrite *Quiane . . . levatos* (verse 538), supplying in Latin the words needed to complete the meaning. In what way does the scansion help you to determine the meaning in verse 543?
- b) Why is *Laomedonteeae* (verse 542) a term of reproach? Explain the reference in *nautas ovantis* (verse 543), *Sidonia urbe* (verse 545).

3. Tum pater Anchises lacrimis ingressus obortis:
 "O gnate, ingentem luctum ne quaere tuorum.
 Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra
 esse sinent. Nimum vobis Romana propago
 visa potens, Superi, propria haec si dona fuissent. 870
 Quantos ille virum magnam Mavortis ad urbem
 Campus aget gemitus, vel quae, Tiberine, videbis
 funera, cum tumulum praeterlabere recentem!
 Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos 875
 in tantum spe tollet avos, nec Romula quondam
 ullo se tantum tellus iactabit alumno."—vi, 867–877.
- a) Of what recital does this passage form a part? Who is meant by *hunc* (verse 869)?
- b) Explain the reference in *Mavortis* (verse 872), *Campus* (verse 873).
- c) Rewrite *ne quaere* (verse 868) in the form which is most common in prose.

II

Read the passage through several times before beginning to write the translation

O genus attonitum gelidae formidine mortis!
 Quid Styga, quid tenebras et nomina vana timetis,
 materiem¹ vatium, falsique pericula mundi²?
 Corpora sive rogi flamma seu tabe³ vetustas
 abstulerit, mala posse pati non ulla putetis.
 Morte carent animae, semperque priore relicta
 sede novis domibus vivunt habitantque receptae.
 Omnia mutantur, nihil interit.⁴ Errat et illinc
 huc venit, hinc illuc, et quoslibet⁵ occupat artus
 spiritus; eque feris humana in corpora transit,
 inque feras noster, nec tempore deperit⁶ ullo.
 Ipsa quoque adsiduo labuntur tempora motu
 non secus ac flumen. Neque enim consistere flumen,
 nec levis hora potest; sed ut unda impellitur unda,
 urgeturque eadem veniente urgetque priorem,
 tempora sic fugiunt pariter pariterque sequuntur,
 et nova sunt semper. Nam quod fuit ante relictum est,
 fitque quod haud fuerat, momentaque cuncta novantur.

Ovid, *Metamorphoses*, xv, 153–185.

¹ *materiem*, 'theme.' ² *mundi*, 'world.' ³ *tabe*, 'decay.' ⁴ *interit*, from *intereo*, synonymous with *pereo*. ⁵ *quoslibet*, indefinite pronoun, 'whatever it will.' ⁶ *deperit*, synonymous with *interit*.

LATIN 5—VERGIL (AENEID, I, II, AND IV OR VI) AND SIGHT TRANSLATION OF POETRY

Thursday

2-4 p. m.

Translate I and either 2 or 3, and answer the questions on the passages translated. Translate also II. It is important that enough time be given to II to deal with it satisfactorily. The translation should be exact, but in clear and natural English.

I

1. Haec dum Dardanio Aeneae miranda videntur,
dum stupet obtutuque haeret defixus in uno, 495
regina ad templum, forma pulcherrima Dido,
incessit magna iuvenum stipante caterva.
Qualis in Eurotae ripis aut per iuga Cynthi
exercet Diana choros, quam mille secutae
hinc atque hinc glomerantur Oreades (illa pharetram 500
fert umero, gradiensque deas supereminet omnis;
Latoniae tacitum pertemptant gaudia pectus),
talis erat Dido, talem se laeta ferebat
per medios, instans operi regnisque futuris.
Tum foribus divae, media testudine templi, 505
saepa armis solioque alte subnixa resedit.
Iura dabat legesque viris, operumque laborem
partibus aequabat iustis aut sorte trahebat.—i, 494-508.

- a) What had caused the feeling described in the first two verses of this passage?
b) What are the two important elements in this description of Dido? Why was Aeneas already disposed to sympathize with her?
c) Where were the *iuga Cynthi* (verse 498)?
d) Who were the *Oreades* (verse 500)?
e) Copy verses 494 and 495, and indicate the quantity of each syllable, the division into feet, and the principal caesuras.
f) What place in the temple is indicated by the words of verse 505?

2. "Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
gens epulata toris Lenaeum libat honorem,
aspicis haec? An te, genitor, cum fulmina torques,
nequiquam horremus, caecique in nubibus ignes
terrificant animos et inania murmura miscent? 210
Femina, quae nostris errans in finibus urbem
exiguam pretio posuit, cui litus arandum
cuique loci leges dedimus, conubia nostra
reppulit ac dominum Aenean in regna recepit."

iv, 206-214.

- a) By whom were these words spoken, and under what circumstances? What effect did they have?
- b) Explain the allusion in *Lenaeum* (verse 207).
- c) In verses 209-210 what three words carry the weight of the argument?
- d) Tell the story alluded to in *pretio* (verse 212).

3. "Phoebe, gravis Troiae semper miserate labores,
 Dardana qui Paridis direxti tela manusque
 corpus in Aeacidae, magnas obeuntia terras
 tot maria intravi duce te penitusque repostas
 Massylum gentis praetentaque Syrtibus arva; 60
 iam tandem Italiae fugientis prendimus oras.
 Hac Troiana tenuis fuerit Fortuna secuta.
 Vos quoque Pergameae iam fas est parcere genti,
 dique deaeque omnes quibus obstitit Ilium et ingens
 gloria Dardaniae."—vi, 56-65.

- a) Why did Vergil write *Dardana* (verse 57) agreeing with *tela*, rather than *Dardani* agreeing with *Paridis*?
- b) Write the usual form of *direxti* (verse 57).
- c) Of what is Aeneas thinking when he uses the words *tandem* and *fugientis* (verse 61)?
- d) Explain the allusion in *Aeacidae* (verse 58).

II

Read the passage through several times before beginning to write the translation.

[*Anna tells Aeneas the details of Dido's death.*]

Tum rapido praeceps cursu resolutaque crinem
 evasit propere¹ in celsam, quam struxerat ante
 magna mole, pyram; cuius de sede dabatur
 cernere cuncta freta et totam Carthaginis urbem.

"Di longae noctis, quorum iam numina nobis
 mors instans maiora facit, precor," inquit, "adeste
 et placidi victos ardore admittite Manis.

Aeneae coniunx, Veneris nurus, ulta maritum,
 vidi constructas nostrae Carthaginis arces.
 Nunc ad vos magni descendet corporis umbra."
 Haec dicens ensem media in praecordia² adegit,
 ensem Dardanii quaesitum in pignus amoris.

Viderunt comites tristisque per atria planctu³
 concurrunt; magnis resonant ululatibus aedes.

Accepi infelix dirisque exterrita fatis,
 ora manu lacerans, lymphato⁴ regia cursu
 tecta peto celsosque gradus evadere nitor.

Ter diro fueram conata incumbere ferro,
 ter cecidi exanimae membris revoluta sororis.

Silius Italicus, *Punica*, viii, 130-156.

¹ *propere*, 'in haste.' ² *praecordia*, equivalent to *pectus*. ³ *planctu*, 'lamentation.' ⁴ *lymphato*, 'frantic.'

LATIN 5—VERGIL (AENEID, I, II, AND IV OR VI) AND SIGHT TRANSLATION OF POETRY

Thursday

2-4 p. m.

Under I, translate either 1 or 2, and answer the questions on the passage translated. Translate also II. It is important that enough time be given to II to deal with it satisfactorily. The translation should be exact, but in clear and natural English.

I

1. "Quae quibus anteferam? Iam iam nec maxuma Iuno,
nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis.
Nusquam tuta fides. Eiectum litore, egentem
excepi et regni demens in parte locavi;
amissam classem, socios a morte reduxi. 375
Heu furiis incensa feror! Nunc augur Apollo,
nunc Lyciae sortes, nunc et Iove missus ab ipso
interpres divom fert horrida iussa per auras.
Scilicet is superis labor est, ea cura quietos
sollicitat. Neque te teneo, neque dicta refello; 380
i, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.
Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
supplicia hausurum scopulis, et nomine Dido
saepe vocaturum. Sequar atris ignibus absens,
et, cum frigida mors anima seduxerit artus, 385
omnibus umbra locis adero. Dabis, improbe, poenas.
Audiam, et haec Manis veniet mihi fama sub imos."

iv, 371-387.

- a) Under what circumstances were these words spoken?
b) State two reasons why it is natural for Dido to think first of Juno (verse 371). How does the goddess show her pity at the close of Book IV?
c) Explain the reference in *Saturnius* (verse 372), *Lyciae sortes* (verse 377), *interpres divom* (verse 378). Where was Lycia?
d) Describe the scene in Book I to which the words *socios a morte reduxi* (verse 375) refer. To what does *amissam* refer?
e) What part does the guidance of Apollo (verse 376) play in the life of Aeneas? What is meant by *is* (verse 379)?
f) Explain the meaning of *pia* in connection with *numina* (verse 382)? Give a literal translation of *hausurum* (verse 383) and explain the metaphor.
g) Copy verse 373 and 383, and indicate the quantity of each syllable, the division into feet, and the principal caesuras.
2. "Hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis,
Augustus Caesar, divi genus, aurea condet
saecula qui rursus Latio regnata per arva
Saturno quondam; super et Garamantas et Indos
proferet imperium (iacet extra sidera tellus,
extra anni solisque vias, ubi caelifer Atlas
axem umero torquet stellis ardentibus aptum).
Huius in adventum iam nunc et Caspia regna
responsis horrent divom et Maeotia tellus, 795

et septemgemi turbant trepida ostia Nili.
 Nec vero Alcides tantum telluris obivit,
 fixerit aripedem cervam licet, aut Erymanthi
 pacarit nemora, et Lernam tremefecerit arcu,
 nec, qui pampineis victor iuga flectit habenis,
 Liber, agens celso Nysae de vertice tigris.
 Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis,
 aut metus Ausonia prohibet consistere terra?"

800

805

vi, 791-807.

- a) Under what circumstances were these words spoken?
- b) Explain the reference in *divi* (verse 792), *Saturno* (verse 794), *Atlas* (verse 796).
- c) What and where were *Latio* (verse 793), *Caspia regna* (verse 798), *Ausonia terra* (verse 807)?
- d) In what respect is the order of the words *aurea condet saecula qui rursus* (verses 792-793) poetical? Name and explain the figure of speech used in verse 799. Explain the form *divom* (verse 799).
- e) Account for Vergil's attitude toward Augustus as indicated in this passage. What is the poet's conception of the mission of Rome? What revelation of the future was granted to Aeneas in the lower world?
- f) How is the thought expressed in verses 806-807 related to the verses that precede?
- g) Copy verses 796 and 797, and indicate the quantity of each syllable, the division into feet, and the principal caesuras.

II

Read the passage through several times before beginning to write the translation.

[The Trojans mourn Hector. King Priam begs Achilles to give him the body of his son.]

Fleat miseri amissum Phryges Hectora, totaque maesto
 Troia sonat planctu.¹ Fundit miseranda querelas²
 infelix Hecube³ saevisque arat unguibus⁴ ora,
 Andromacheque suas scindit de pectore vestes,
 heu tanto spoliata viro! Ruit omnis in uno
 Hectore causa Phrygum; ruit et defessa senectus
 adflicti miseranda patris, quem nec sua coniunx
 turbaque natorum nec magni gloria regni
 oblitum tenuit vitae, quin iret inermis
 et solum invicti castris se redderet hostis.
 Mirantur Danaum proceres, miratur et ipse
 Aeacides animum miseri senis. Ille trementes,
 adfusus⁵ genibus, tendens ad sidera palmas
 haec ait: "O Graiae gentis fortissime Achilles,
 O regnis inimice meis, te Dardana solum
 victa tremit pubes, te sensit nostra senectus
 crudelem nimium. Nunc sis mitissimus,⁶ oro,
 et patris adflicti genibus miserere precantis
 donaque quae porto miseri pro corpore nati
 accipias."—*Ilias Latina*, 1015-1034.

¹ *planctu*, 'lamentation.' ² *querelas*, 'complaints.' ³ *Hecube*, equivalent to *Hecuba*. ⁴ *unguibus*, 'nails.' ⁵ *adfusus*, 'casting himself down.' ⁶ *mitissimus*, equivalent to *lenissimus*.

LATIN 5—VERGIL (AENEID, I, II, AND IV OR VI) AND SIGHT TRANSLATION OF POETRY

Thursday

2-4

Translate the following passages, and answer the questions. The translation should be exact, but in clear and natural English. It is important that enough time be given to deal with it satisfactorily.

I

“His ego nec metas rerum nec tempora pono,
imperium sine fine dedi. Quin aspera Iuno,
quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat, 280
consilia in melius referet mecumque fovebit
Romanos, rerum dominos, gentemque togatam.
Sic placitum. Veniet lustris labentibus aetas
cum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenae
servitio premet ac victis dominabitur Argis. 285
Nascetur pulchra Troianus origine Caesar,
imperium Oceano, famam qui terminet astris,
Iulius, a magno demissum nomen Iulo.
Hunc tu olim caelo, spoliis Orientis onustum,
accipies segura; vocabitur hic quoque votis. 290
Aspera tum positis mitescent saecula bellis;
cana Fides et Vesta, Remo cum fratre Quirinus
iura dabunt; dirae ferro et compagibus artis
claudentur Belli portae; Furor impius intus
saeva sedens super arma et centum vinctus aenis 295
post tergum nodis fremet horridus ore cruento.”

i, 278-296.

1. By whom were these words spoken? To whom? In what connection?
2. Discuss verses 278-282 and 286-288 with reference to the purpose of the Aeneid.
3. To what historical event do verses 284, 285 refer? Explain the references in *Assaraci*, *Phthiam*, *Mycenas*.
4. Who were *Caesar* (verse 286), *Iulo* (verse 288), *Quirinus* (verse 292)?
5. What is the point of *aspera* (verse 279), *Troianus* (verse 286)?
6. What does Vergil mean by *Oceano* in verse 287?
7. How was the prophecy *caelo accipies* (verses 289, 290) fulfilled?
8. Explain the allusion in *claudentur Belli portae* (verse 294).
9. Copy verse 287, and indicate the quantity of each syllable, the division into feet, and the principal caesura.

Read the passage through several times before beginning to write the translation.

[*The captive Trojan women say their sad farewell to home and country.*]

Ilion ardebat, neque adhuc consererat ignis;
 exiguumque¹ senis Priami Iovis ara cruorem
 combiberat. Tractata² comis antistita³ Phoebi
 non profecturas⁴ tendebat ad aethera palmas.
 Dardanidas matres patriorum signa⁵ deorum,
 dum licet, amplexas succensaque templa tenentis
 invidiosa trahunt victores praemia Grai.
 Mittitur⁶ Astyanax illis de turribus unde
 pugnantes pro se proavitaque⁷ regna tuentem
 saepe videre patrem monstratum a matre solebat.
 Iamque viam suadet Boreas, flatuque⁸ secundo
 carbasa⁹ mota sonant. Iubet uti navita¹⁰ ventis.
 "Troia, vale! Rapimur" clamant, dant oscula terrae
 Troades, et patriae fumantia tecta relinquunt.
 Ultima conscendit classem, miserabile visu,
 in mediis Hecuba natorum inventa sepulcris.
 Prensantem tumulos atque ossibus oscula dantem
 Dulichiae¹¹ traxere manus. Tamen unius hausit¹²
 inque sinu cineres secum tulit Hectoris haustos.

Ovid, *Metamorphoses*, xiii, 408-426.

¹ *exiguum*, 'scanty.' ² *tractata*, frequentative, or intensive, from *traho*. ³ *antistita*, 'priestess.' ⁴ *profecturas*, from *proficio*, 'avail.' ⁵ *signa*, equivalent to *simulacra*. ⁶ *mittitur*, equivalent to *deicitur*. ⁷ *proavita*, 'of his forefathers.' ⁸ *flatu*, equivalent to *vento*. ⁹ *carbasa*, equivalent to *vela*. ¹⁰ *navita*, equivalent to *nauta*. ¹¹ *Dulichiae*, adjective, 'of Ulysses.' ¹² *hausit*, 'scraped up.'

LATIN 6

ADVANCED PROSE COMPOSITION

LATIN NR6—ADVANCED PROSE COMPOSITION
LATIN L—PROSE COMPOSITION

Friday

11.15 a. m.—12.30 p. m.

Translate into Latin:

After I reached Capua, I had several conversations with Autronius. He begged me with tears to defend him, saying that we had served the state together as quaestors. He mentioned¹ very many kindnesses which I had done to him, some also which he had done to me. By these words I was so moved that I almost forgot that Cornelius had been sent by him to murder me in my own house in the sight of my wife and children. If he had formed these plans with reference to² myself alone, I should never have been able to resist his entreaties. But when I pictured³ to myself the wretched lot of the city if Catiline had gotten possession of it, then I did resist not only him but also his kinsmen, the Marcelli, both father and son, although I enjoyed⁴ the friendship of both.

¹ 'Mention,' *proferre*. ² 'with reference to,' *de*. ³ 'picture,' *proponere*. ⁴ 'enjoy,' *uti*.

LATIN NR6—ADVANCED PROSE COMPOSITION

Friday

11.15 a. m.—12.30 p. m.

Translate into Latin:

There are some, however, who think that Pompey ought not to be put in command of this war, who seem to fear that, if so much power be given to one citizen, the state may suffer harm. Have these men forgotten the war with the pirates? For many years we, who used to be able to go safely from Rome to any part of the world, were unable to defend our own harbors. If Pompey had then remained at Rome as a private citizen, should we now control¹ the whole sea? Recall how quickly he finished that shameful war. He did not even wait until the sea was fit for navigation, but at once sent ships in all directions to help the allies of the Roman people. Do not doubt that Pompey will so wage this war also that we shall all enjoy the advantages² of his victory,

¹ 'control,' *obtinere*. ² 'advantage,' *commodum*.

LATIN 6—ADVANCED PROSE COMPOSITION

Friday

11.15 a. m.—1 p. m.

Translate into Latin:

If any one should ask you, fellow-citizens, why this war is so serious, would you not tell him that it must be waged because the reputation of the Roman people is at stake? Our ancestors, when it was reported to them that their envoys had been discourteously¹ treated² at Corinth, determined to destroy that city, although it was then the most beautiful city in all Greece. We, however, for many years have suffered a king to go unpunished who on a single day put to death eighty thousand Roman citizens. Our allies are at length beginning to fear that we cannot protect them. Do not think that you can wait until they openly ask you to appoint Pompey commander. Let us rather send to them without delay the only general who can conquer Mithridates, in order that no one hereafter³ may dare to injure the friends of the Roman people.

¹ 'discourteously,' *superbe*. ² 'treat,' *tractare*. ³ 'hereafter,' *posthac*.

LATIN 6—ADVANCED PROSE COMPOSITION

Friday

11.15 a. m.—1 p. m.

Translate into Latin:

Do you remember what Cicero said in the last part of the speech which he delivered¹ for the Manilian Law when he was praetor? He promised Manilius that he would use all the ability that he had to defend the honor of the state and the safety of its allies. There were some to whom Cicero seemed to be putting² his own interests above² the welfare of his country. These men thought that he was praising Pompey because the latter had so much influence with the people. Cicero himself, however, was afraid that, in urging the Romans to put all their hopes in Pompey alone, he had incurred the hatred of many powerful citizens. But although this was so, he did not hesitate to say that no one could prevent him from advocating³ the plan which he believed to be the best for the republic. If he had not done this, would he now be worthy of our praise?

¹'deliver,' *habere*. ²'put above,' *praeferre*. ³'advocate,' *suadere*.

LATIN 6—ADVANCED PROSE COMPOSITION

Thursday

11.15 a. m.—1 p. m.

Translate into Latin:

I see, fellow-citizens, that all of you understand how much praise Lucullus ought always to receive from the Roman people. Within a short time after he had set out from Rome for Asia, he not only prevented Mithridates from getting possession of Cyzicus, a city most friendly to us, but also, although the forces of the enemy were very large, so defeated the king that the latter was compelled to retreat with the greatest speed. In fact, Lucullus would have captured him if our soldiers had not been so eager for gold and silver. For Mithridates, fearing that he would not be able to escape from their hands, ordered his men to leave behind enough booty to delay the pursuers for a few days. He thus reached Armenia before anyone could overtake him. But he was not long without assistance. For Tigranes thought that he ought to help his father-in-law,¹ because, since he was himself a king, he pitied the misfortunes of other kings.

¹ 'father-in-law,' *socer, soceri*.

LATIN B

CÆSAR — *GALLIC WAR*, BOOKS I-IV

LATIN B—CAESAR

Wednesday

9-11 a. m.

Translate four of the following passages, and answer the questions on the passages chosen. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. Neque homines inimico animo data facultate per provinciam itineris faciundi temperaturos ab iniuria et maleficio existimabat. Tamen, ut spatium intercedere posset dum milites quos imperaverat convenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum: si quid vellent, ad Id. April. reverterentur. I, 7.
 - a) Tell in what case *animo* (line 1) is, and why this case is used.
 - b) Write in Latin an alternative construction for *itineris faciundi* (line 1).
 - c) Tell in what mood and tense *convenirent* (line 3) is, and why this mood and this tense are used.
 - d) Change to the direct form *vellent* (line 4) and *reverterentur* (line 5).
 - e) Conjugate *reverterentur* (line 5) in the perfect indicative.

2. Ubi vineis actis aggere exstructo turrim procul constitui viderunt, primum irridere ex muro atque increpitare vocibus, quod tanta machinatio a tanto spatio institueretur: Quibusnam manibus aut quibus viribus praesertim homines tantulae staturae tanti oneris turrim in muro sese collocare posse confiderent? II, 30.
 - a) Tell in what mood *institueretur* (line 3) is, and why this mood is used.
 - b) Decline *oneris* (line 4) in the singular.
 - c) Tell in what case *oneris* (line 4) is, and why this case is used.
 - d) Restore *confiderent* (line 5) to the direct form.
 - e) Conjugate *confiderent* (line 5) in the future perfect indicative.

3. Sabinus idoneo omnibus rebus loco castris sese tenebat, cum Viridovix contra eum duorum milium spatio consedisset cotidieque productis copiis pugnandi potestatem faceret, ut iam non solum hostibus in contemptionem Sabinus veniret, sed etiam nostrorum militum vocibus non nihil carperetur; tantamque opinionem timoris praebuit, ut iam ad vallum castrorum hostes accedere auderent. III, 17.
 - a) Compare *idoneo* (line 1).
 - b) Decline *duorum* (line 2) in all genders.
 - c) Tell in what case *spatio* (line 2) is, and why this case is used.
 - d) Explain the derivation of *potestatem* (line 3).
 - e) Write the principal parts of *auderent* (line 6).

4. Cum paulo longius a castris processisset, suos ab hostibus premi atque aegre sustinere et conferta legione ex omnibus partibus tela coici animadvertit. Nam quod omni ex reliquis partibus demesso frumento pars una erat reliqua, suspicati hostes huc nostros esse venturos noctu in silvis delituerant. IV, 32.
- If *cum* (line 1) were changed to *postquam*, what would *processisset* (line 1) become?
 - Compare *aegre* (line 1).
 - Write the first person singular of the present indicative of the following verbs: *coici* (line 2); *suspicati* (line 4).
 - Write the genitive and dative singular of *pars una* (line 3).
 - What adverb might be substituted for *ex omnibus partibus* (line 2)?
5. Ex his omnibus longe sunt humanissimi qui Cantium incolunt, quae regio est maritima omnis, neque multum a Gallica differunt consuetudine. Intiores plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne vivunt pellibusque sunt vestiti. Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem. V, 14.
- Substitute in Latin another possible construction for *ex his omnibus* (line 1).
 - Explain the derivation of *consuetudine* (line 2).
 - Where was *Cantium* (line 1)?
 - Conjugate *differunt* (line 2) in the pluperfect indicative active.
 - Under what nominatives in a vocabulary would one find *lacte* (line 3) and *carne* (line 3)?
6. Tum praemissis paulum impedimentis atque in tumulo quodam conlocatis, 'habetis,' inquit 'milites, quam petistis facultatem: hostem impedito atque iniquo loco tenetis; praestate eandem nobis ducibus virtutem, quam saepe numero imperatori praestitistis, atque illum adesse et haec coram cernere existimate.' VI, 8.
- Write in indirect discourse after *dixit*, "*Habetis, milites, quam petistis facultatem*" (line 2).
 - Conjugate *petistis* (line 2) in the future indicative active.
 - Account for the omission of the preposition *in* in the phrase *impedito . . . loco* (line 2).
 - Explain the composition of *iniquo* (line 3).
 - Conjugate *existimate* (line 5) in the present tense, active and passive, of the mood in which the form is here found.

LATIN B—CAESAR

Wednesday

9-11 a. m.

Translate three of the following passages, and answer the questions on the passages chosen. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. Bello Helvetiorum confecto totius fere Galliae legati, principes civitatum, ad Caesarem gratulatum convenerunt: intellegere sese, tametsi pro veteribus iniuriis populi Romani ab his poenas bello repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terrae Galliae quam populi Romani accidisse, propterea quod eo consilio florentissimis rebus domos suas Helvetii reliquissent, uti toti Galliae bellum inferrent imperioque potirentur locumque domicilio ex magna copia deligerent, quem ex omni Gallia opportunissimum ac fructuosissimum iudicassent, reliquasque civitates stipendiarias haberent.—i, 30, 1-3. 5
- a) Write in Latin an alternative construction for *gratulatum* (line 2).
 b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *bello* (line 3), *rebus* (line 5), *imperio* (line 6), *domicilio* (line 7).
 c) Conjugate *potirentur* (line 6) in the present subjunctive.
 d) Change to the direct form *intellegere sese* (line 2).
 e) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and this tense are used: *repetisset* (line 3), *accidisse* (line 4).
2. Hi novissimos adorti et multa milia passuum prosecti magnam multitudinem eorum fugientium conciderunt, cum ab extremo agmine, ad quos ventum erat, consistenter fortiterque impetum nostrorum sustinerent, priores, quod abesse a periculo viderentur neque ulla necessitate neque imperio continerentur, exaudito clamore perturbatis ordinibus omnes in fuga sibi praesidium ponerent. Ita sine ullo periculo tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt quantum fuit diei spatium; sub occasum solis sequi destiterunt seque in castra, ut erat imperatum, receperunt.—ii, 11, 4-6. 5
- a) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *milia* (line 1), *sibi* (line 6).
 b) Write the first person singular present indicative active of *conciderunt* (line 2), marking the quantity of the penult and indicating the accent. Write the first person singular present indicative active of *destiterunt* (line 8).
 c) Account for the number and the gender of *quos* (line 3).
 d) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and this tense are used: *viderentur* (line 4), *ponerent* (line 6).
 e) What is the prefix in *perturbatis* (line 5), and what does it denote?
3. His de rebus Caesar certior factus et infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles et novis plerumque rebus student, nihil his committendum existimavit. Est enim hoc Gallicae consuetudinis, uti et viatores etiam invitos consistere cogant, et quid quisque eorum de quaque re audierit aut cognoverit quaerant, et mercatores in oppidis vulgus circumsistat quibusque ex regionibus venient quasqua ibi res cognoverint pronuntiare cogat.—iv, 5, 1-2. 5
- a) Explain the derivation of *mobiles* (line 2), *viatores* (line 4), and tell in each case what the suffix denotes.

- b) Decline *certior* (line 1) in the neuter singular.
- c) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *capiendis* (line 2), *rebus* (line 2), *consuetudinis* (line 3).
- d) Write the principal parts of *student* (line 2), *cogant* (line 4).
- e) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and this tense are used: *sunt* (line 2), *cogant* (line 4), *cognoverint* (line 7).
4. Dumnorix omnibus primo precibus petere contendit ut in Gallia relinqueretur, partim quod insuetus navigandi mare timeret, partim quod religionibus impediri sese diceret. Posteaquam id obstinate sibi negari vidit, omni spe impetrandi adempta principes Galliae sollicitare, sevocare singulos hortarique coepit uti in continenti remanerent; metu 5
territare: non sine causa fieri ut Gallia omni nobilitate spoliaretur; id esse concilium Caesaris, ut quos in conspectu Galliae interficere veretur, hos omnes in Britanniam traductos necaret.—v, 6, 3-5.
- a) Change to the direct form *non sine causa fieri ut Gallia omni nobilitate spoliaretur* (line 6).
- b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *navigandi* (line 2), *religionibus* (line 3), *nobilitate* (line 6).
- c) If *primus* were substituted for *primo* (line 1), what change would occur in the meaning of the sentence?
- d) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and this tense are used: *timeret* (line 2), *territare* (line 6), *spoliaretur* (line 6).
- e) What motives caused Caesar to invade Britain?
5. In omni Gallia eorum hominum qui aliquo sunt numero atque honore genera sunt duo; nam plebes paene servorum habetur loco, quae nihil audet per se, nulli adhibetur consilio. Plerique, cum aut aere alieno aut magnitudine tributorum aut iniuria potentiorum premuntur, sese in servitatem dicant nobilibus; quibus in hos eadem omnia sunt iura 5
quae dominis in servos. Sed de his duobus generibus alterum est druidum, alterum equitum. Illi rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant.—vi, 13, 1-4.
- a) Decline *duo* (line 2).
- b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *numero* (line 1), *loco* (line 2), *dominis* (line 6), *druidum* (line 7).
- c) Write the nominative singular of *genera* (line 2), *aere* (line 3); the nominative singular masculine of *potentiorum* (line 4).
- d) Decline *plebes* (line 2) in the singular. Write the principal parts of *dicant* (line 5).
- e) Why is *illi* (line 7) used rather than *hi*?

LATIN B—CAESAR

Wednesday

9-11 a. m.

Translate three of the following passages, and answer the questions on the passages chosen. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. Horum adventu tanta rerum commutatio est facta ut nostri, etiam qui vulneribus confecti procubuissent, scutis innixi proelium redintegrarent, calones perterritos hostes conspicati etiam inermes armatis occurrerent, equites vero, ut turpitudinem fugae virtute delerent, omnibus in locis pugnando se legionariis militibus praeferrent. At hostes etiam in extrema spe salutis tantam virtutem praestiterunt ut, cum primi eorum cecidissent, proximi iacentibus insisterent atque ex eorum corporibus pugnarent; his deiectis et coacervatis cadaveribus, qui superessent, ut ex tumulo, tela in nostros conicerent et pila intercepta remitterent.

—ii, 27, 1-4.

- Write the first person singular, present indicative of *innixi* (line 2), *praestiterunt* (line 6), *cecidissent* (line 7).
 - Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *vulneribus* (line 2), *scutis* (line 2), *pugnando* (line 5).
 - Explain the derivation of *inermes* (line 3), *turpitudinem* (line 4).
 - Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and this tense are used: *procubuissent* (line 2), *delerent* (line 4).
 - Conjugate *procubuissent* (line 2) in the future indicative active.
2. Prima luce productis omnibus copiis, duplici acie instituta, auxiliis in mediam aciem coniectis quid hostes consili caperent exspectabat. Illi etsi propter multitudinem et veterem belli gloriam paucitatemque nostrorum se tuto dimicaturos existimabant, tamen tutius esse arbitrabantur obsessis viis, commeatu intercluso sine vulnere victoria potiri, et si propter inopiam rei frumentariae Romani sese recipere coepissent, impeditos in agmine et sub sarcinis infirmiores animo adoriri cogitabant. Hoc consilio probato ab ducibus, productis Romanorum copiis sese castris tenebant.—iii, 24, 1-4.

- Write the nominative singular neuter of *duplici* (line 1), the nominative singular of *sarcinis* (line 7); write the first person singular, present indicative active of *obsessis* (line 5).
 - Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *consili* (line 2), *tutius* (line 4), *victoria* (line 5), *animo* (line 7).
 - Distinguish in meaning *acie* (line 1) and *agmine* (line 7).
 - Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and this tense are used: *caperent* (line 2), *coepissent* (line 6).
 - Conjugate *potiri* (line 5) in the imperfect subjunctive.
3. Ad haec Caesar quae visum est respondit; sed exitus fuit orationis: sibi nullam cum iis amicitiam esse posse, si in Gallia remanerent; neque verum esse qui suos fines tueri non potuerint alienos occupare; neque

ullos in Gallia vacare agros qui dari, tantae praesertim multitudini, sine iniuria possint; sed licere, si velint, in Ubiorum finibus considerare, quorum sint legati apud se et de Sueborum iniuriis querantur et a se auxilium petant; hoc se Ubiis imperaturum.—iv, 8.

a) Change to the direct form *sibi nullam cum iis amicitiam esse posse, si in Gallia remanerent* (lines 1-2).

b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *quae* (line 1), *sibi* (line 1), *hoc* (line 7).

c) Write the principal parts of *tueri* (line 3), *considerare* (line 5).

d) When is *ullus* used in Latin? Decline the word in the singular.

e) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and this tense are used: *possint* (line 5), *considerare* (line 5).

4. Tum demum Titurius, qui nihil ante providisset, trepidare et concursare cohortesque disponere, haec tamen ipsa timide atque ut eum omnia deficere viderentur,—quod plerumque iis accidere consuevit qui in ipso negotio consilium capere coguntur. At Cotta, qui cogitasset haec posse in itinere accidere atque ob eam causam profectionis auctor non fuisset, nulla in re communi salutis deerat et in appellandis cohortandisque militibus imperatoris et in pugna militis officia praestabat.—v, 33, 1-2.

a) How does *concurrere* (line 1) differ in meaning from *concurrere*?

b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *Titurius* (line 1), *saluti* (line 6), *appellandis* (line 6).

c) What is the force of the prefix in *disponere* (line 2)? Explain the derivation of *auctor* (line 5), and tell what the suffix denotes.

d) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and this tense are used: *providisset* (line 1), *viderentur* (line 3).

e) Conjugate *capere* (line 4) in the imperfect subjunctive active. Mark the quantities of all the vowels in *accidere* (line 5).

5. Loquitur consulto palam, quoniam Germani appropinquare dicantur, sese suas exercitusque fortunas in dubium non devocaturum et postero die prima luce castra moturum. Celeriter haec ad hostes deferuntur, ut ex magno Gallorum equitum numero non nullos Gallicis rebus favere natura cogeat. Labienus nocte tribunis militum primisque ordinibus convocatis quid sui sit consilii proponit, et quo facilius hostibus timoris det suspicionem, maiore strepitu et tumultu quam populi Romani fert consuetudo, castra moveri iubet. His rebus fugae similem profectionem efficit.—vi, 7, 6-8.

a) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *rebus* (line 4), *consilii* (line 6), *fugae* (line 8).

b) Give the reason for the use of *quo* (line 6) to introduce the clause *quo . . . det*.

c) Who are referred to in *primis ordinibus* (lines 5-6)?

d) Compare *celeriter* (line 3), *similem* (line 9)

e) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and this tense are used: *dicantur* (line 1), *sit* (line 6).

Wednesday

9-11 a. m.

Translate three of the following passages, and answer the questions on the passages chosen. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. Ubi verò turrim moveri et appropinquare moenibus viderunt, nova atque inusitata specie commoti legatos ad Caesarem de pace miserunt, qui ad hunc modum locuti: non se existimare Romanos sine ope divina bellum gerere, qui tantae altitudinis machinationes tanta celeritate promovere possent; se suaque omnia eorum potestati permittere dixerunt. Unum petere ac deprecari: si forte pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab aliis audirent, statuisset Aduatucos esse conservandos, ne se armis despoliaret. Sibi omnes fere finitimos esse inimicos ac suae virtuti invidere; a quibus se defendere traditis armis non possent.—ii, 31. 5
- a) Change to the direct form *se suaque omnia eorum potestati permittere* (line 5).
- b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *altitudinis* (line 4), *celeritate* (line 4), *potestati* (line 5).
- c) Write the principal parts of *miserunt* (line 2), *locuti* (line 3), *invidere* (line 9).
- d) Decline *moenibus* (line 1), *ope* (line 3).
- e) Tell in what mood each of the following verbs is, and why this mood is used: *possent* (line 5), *audirent* (line 7), *despoliaret* (line 8). Tell in what tense *possent* (line 5) is, and why this tense is used.
2. Compluribus expugnatis oppidis Caesar, ubi intellexit frustra tantum laborem sumi neque hostium fugam captis oppidis reprimi neque his noceri posse, statuit expectandam classem. Quae ubi convenit ac primum ab hostibus visa est, circiter CCXX naves eorum paratissimae atque omni genere armorum ornatissimae profectae ex portu nostris adversae constiterunt; neque satis Bruto, qui classi praeerat, vel tribunis militum centurionibusque, quibus singulae naves erant attributae, constabat quid agerent aut quam rationem pugnae insisterent.—iii, 14. 5
- a) Write the first person singular, present indicative of *intellexit* (line 1), *visa est* (line 4), *profectae* (line 5).
- b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *oppidis* (line 1), *classi* (line 6), *quibus* (line 7).
- c) Explain the derivation of *praeerat* (line 6).
- d) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and tense are used: *intellexit* (line 1), *expectandam* (line 3), *insisterent* (line 9).
- e) Conjugate *noceri* (line 3) in the present subjunctive active.
3. Germanico bello confecto, multis de causis Caesar statuit sibi Rhenum esse transeundum; quarum illa fuit iustissima, quod, cum videret Germanos tam facile impelli ut in Galliam venirent, suis quoque rebus eos timere voluit, cum intellegerent et posse et audere populi Romani exercitum Rhenum transire. Accessit etiam quod illa pars equitatus Usipetum et Tencterorum, quam supra commemoravi praedandi frumentandique causa Mosam transisse neque proelio interfuisse, post fugam suorum se trans Rhenum in finis Sugambrorum receperat seque cum iis coniunxerat.—iv, 16. 5

- a) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *rebus* (line 3), *equitatus* (line 5), *praedandi* (line 6), *proelio* (line 7).
- b) Write the principal parts of *confecto* (line 1), *impelli* (line 3), *interfuisse* (line 7).
- c) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and tense are used: *transeundum* (line 2), *venirent* (line 3), *transisse* (line 7).
- d) Conjugate *confecto* (line 1) in the pluperfect subjunctive active, *voluit* (line 4) in the imperfect subjunctive.
- e) What is the force of the prefix in *confecto* (line 1).
- f) Compare *facile* (line 3).

4. Mittuntur ad Caesarem confestim ab Cicerone litterae, magnis propositis praemiis si pertulissent; obsessis omnibus viis missi intercipiuntur. Noctu ex materia quam munitionis causa comportaverant turres admodum cxx excitantur incredibili celeritate; quae deesse operi videbantur perficiuntur. Hostes postero die multo maioribus coactis 5 copiis castra oppugnant, fossam complent. Ab nostris eadem ratione qua pridie resistitur. Hoc idem reliquis deinceps fit diebus. Nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur; non aegris, non vulneratis facultas quietis datur. Quaecumque ad proximi diei oppugnationem opus sunt noctu comparantur.—v, 40. 10

- a) Explain the derivation of *obsessis* (line 2), *coactis* (line 5), *facultas* (line 9), and tell what the suffix denotes in the last word.
- b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *praemiis* (line 2), *operi* (line 4), *die* (line 5), *qua* (line 7).
- c) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and tense are used: *pertulissent* (line 2), *comportaverant* (line 3).
- d) Conjugate *videbantur* (line 5) in the present subjunctive active, *complent* (line 6) in the future indicative active.
- e) Compare *postero* (line 5), *maioribus* (line 5).

5. Civitatibus maxima laus est quam latissime circum se vastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere neque quemquam prope audere consistere; simul hoc se fore tutiores arbitrantur repentinae incursionis timore sublato. Cum bellum civitas aut inlatum defendit aut infert, magistratus qui 5 ei bello praesint, ut vitae necisque habeant potestatem deliguntur. In pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt controversiasque minuunt. Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra finis cuiusque civitatis fiunt, atque ea iuventutis exercendae ac desidiae minuendae 10 causa fieri praedicant.—vi, 23.

- a) Compare *latissime* (line 1), *tutiores* (line 4).
- b) Decline *hoc* (line 4) in the neuter, *necis* (line 6), *ius* (line 8).
- c) Conjugate *expulsos* (line 2) in the pluperfect indicative active.
- d) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *infamiam* (line 9), *desidiae* (line 10).
- e) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and tense are used: *praesint* (line 6), *fieri* (line 11).

LATIN B—CAESAR

Wednesday

9-11 a. m.

Translate three of the following passages, and answer the questions on the passages chosen. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. Hac oratione habita mirum in modum conversae sunt omnium mentes, summaque alacritas et cupiditas belli gerendi innata est; princepsque decima legio per tribunos militum ei gratias egit quod de se optimum iudicium fecisset, seque esse ad bellum gerendum paratissimam confirmavit. Deinde reliquae legiones cum tribunis militum et primorum ordinum centurionibus egerunt uti Caesari satisfacerent: se nec unquam dubitasse neque timuisse, neque de summa belli suum iudicium sed imperatoris esse existimavisse. —i, 41. 5
- a) Decline *oratione* (line 1), *mentes* (line 1).
 b) Tell in what mood and tense *fecisset* (line 4) is, and why this mood and tense are used.
 c) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *belli* (line 2), *ei* (line 3), *imperatoris* (line 8).
 d) Tell whether *decima* (line 3) is the cardinal, ordinal, or distributive form of the numeral, and write the two remaining forms for this same number.
 e) Change to the direct form *se dubitasse* (lines 6, 7).
2. Legionis nonae et decimae milites, ut in sinistra parte acie constiterant, pilis emissis cursu ac lassitudine exanimatos vulneribusque confectos Atrebatas (nam his ea pars obvenerat) celeriter ex loco superiore in flumen compulerunt, et transire conantis insecuti gladiis magnam partem eorum impeditam interfecerunt. Ipsi transire flumen non dubitaverunt, et in locum iniquum progressi rursus resistentis hostis redintegrato proelio in fugam coniecerunt. Item alia in parte diversae duae legiones, undecima et octava, profligatis Viromanduis, quibuscum erant congressi, ex loco superiore in ipsis fluminis ripis proeliabantur. 5
- ii, 23.
- a) Decline in the singular in all genders *sinistra* (line 1); decline in the plural in all genders *superiore* (line 3).
 b) Conjugate *constiterant* (line 1) in the perfect subjunctive active, *compulerunt* (line 4) in the imperfect indicative passive.
 c) Write all the infinitives of *transire* (line 4), naming each; write all the participles of *confectos* (line 2), naming each.
 d) Compare *iniquum* (line 6).
 e) Tell in what case *his* (line 3) is, and why this case is used.
3. Exigua parte aestatis reliqua Caesar, etsi in his locis, quod omnis Gallia ad septentriones vergit, maturae sunt hiemes, tamen in Britanniam proficisci contendit, quod omnibus fere Gallicis bellis hostibus nostris inde subministrata auxilia intellegebat, et, si tempus anni ad bellum gerendum deficeret, tamen magno sibi usui fore arbitrabatur si modo insulam adisset et genus hominum perspexisset, loca, portus, aditus cognovisset; quae omnia fere Gallis erant incognita. Neque enim temere praeter mercatores illo adit quisquam neque his ipsis quicquam praeter oram maritimam atque eas regiones quae sunt contra Gallias notum est. —iv, 20. 5

- a) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and tense are used: *vergit* (line 2), *adisset* (line 6).
- b) Write the principal parts of *proficisci* (line 3), *perspexisset* (line 6), *cognovisset* (line 7).
- c) Tell in what case *usui* (line 5) is, and why this case is used.
- d) What is the adverb formed from *maturae* (line 2). Compare this adverb.
- e) Decline *tempus* (line 4), *portus* (line 6).
4. Caesar acceptis litteris hora circiter XI diei statim nuntium in Bellovacos ad M. Crassum quaestorem mittit, cuius hiberna aberant ab eo milia passuum XXV. Iubet media nocte legionem proficisci celeriterque ad se venire. Exit cum nuntio Crassus. Alterum ad C. Fabium legatum mittit, ut in Atrebatum finis legionem adducat, qua sibi iter faciendum sciebat. Scribit Labieno, si rei publicae commodo facere posset, cum legione ad finis Nerviorum veniat. Reliquam partem exercitus, quod paulo aberat longius, non putat exspectandam; equites circiter quadringentos ex proximis hibernis conligit.—v, 46.
- a) Express in Latin words the numerals in lines 1 and 3.
- b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *hora* (line 1), *milia* (line 2), *iter* (line 5).
- c) What is the adjective from which *celeriter* (line 3) is formed? Decline this adjective in the singular in all genders.
- d) Write the present infinitive, active and passive, of *acceptis* (line 1).
- e) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and tense are used: *aberant* (line 2), *veniat* (line 7).
5. Caesar partitis copiis cum C. Fabio legato et M. Crasso quaestore celeriterque effectis pontibus adit tripartito, aedificia vicosque incendit, magno pecoris atque hominum numero potitur. Quibus rebus coacti Menapii legatos ad eum pacis petendae causa mittunt. Ille obsidibus acceptis hostium se habiturum numero confirmat, si aut Ambiorigem aut eius legatos finibus suis recepissent. His confirmatis rebus Commium Atrebatem cum equitatu custodis loco in Menapiis relinquit; ipse in Treveros proficiscitur.—vi, 6.
- a) Change to the direct form *se habiturum*, *si recepissent* (lines 5-6).
- b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *numero* (line 3), *rebus* (line 3), *pacis* (line 4), *obsidibus* (line 4).
- c) Conjugate *recepissent* (line 6) in the future indicative passive, *relinquit* (line 7) in the pluperfect subjunctive active.
- d) Tell in what tense *adit* (line 2) is, and why this tense is used.
- e) Change *partitis copiis* (line 1) to a *cum*-clause.

LATIN C

CICERO — SIX ORATIONS

LATIN C—CICERO

Thursday

9-11 a. m.

Translate any three of the following passages, and answer the questions on the passages chosen. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. Haec igitur tibi reliqua pars est, hic restat actus, in hoc elaborandum est, ut rem publicam constituas, eaque tu in primis cum summa tranquillitate et otio perfruare; tum te, si voles, cum et patriae quod debes solveris et naturam ipsam expleveris satietate vivendi, satis diu vixisse dicito. Quid est enim hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum? quod cum venit, omnis voluptas praeterita pro nihilo est, quia postea nulla est futura. Quamquam iste tuus animus numquam his angustiis, quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus fuit, semper immortalitatis amore flagravit.—*Pro Marcello*, 27. 5
- a) Explain the metaphor in *haec pars* (line 1).
 b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *ea* (line 2), *tranquillitate* (line 3), *angustiis* (line 8).
 c) Compare *summa* (line 2), *diu* (line 5).
 d) What called forth this speech? How may Cicero's tone towards Caesar be explained?
 e) Tell in what mood and what tense each of the following verbs is, and why this mood and this tense are used: *perfruare* (line 3), *solveris* (line 4).
2. Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur perficere non potuit. Sulla cum Hispanos et Gallos donaret, credo, hunc petentem repudiasset: quem nos in contione vidimus, cum ei libellum malus poeta de populo subiecisset, quod epigramma in eum fecisset tantum modo alternis versibus longiusculis, statim ex iis rebus quas tum vendebat iubere ei praemium tribui, sed ea condicione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem mali poetae duxerit aliquo tamen praemio dignam, huius ingenium et virtutem in scribendo et copiam non expetisset?—*Pro Archia*, 25. 5
- a) Tell in what mood each of the following verbs is, and why this mood is used: *esset* (line 1), *repudiasset* (line 4), *fecisset* (line 6), *scriberet* (line 8).
 b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *legibus* (line 1), *imperatore* (line 2), *quem* (line 4), *praemio* (line 9).
 c) Make clear the logical force of *tamen* (line 9) in this sentence.
 d) What is the suffix in *longiusculis* (line 6), and what does it denote?
 e) What verb is used as the passive of *vendo*?
3. Meministine me ante diem XII Kalendas Novembris dicere in senatu fore in armis certo die, qui dies futurus esset ante diem VI Kalendas Novembris, C. Manlium, audaciae satellitem atque administrum tuae? Num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox tamque incredibilis, verum, id quod multo magis est admirandum, dies? Dixi ego idem in senatu caedem te optimatum contulisse in ante diem V Kalendas Novembris, tum cum multi principes civitatis Roma non tam sui conservandi quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt.—*In Catilinam*, I, 7. 5

- a) Explain briefly the Roman method of indicating the days of the month.
- b) Tell in what mood and what tense each of the following verbs is, and why this mood and this tense are used: *dicere* (line 1), *futurus esset* (line 2).
- c) Give the principal parts of *fefellit* (line 4), *contulisse* (line 7), *reprimendorum* (line 9).
- d) Change *tuorum consiliorum reprimendorum causa* (line 9) to the gerund construction.
- e) Compare *magis* (line 6), *multi* (line 8).
4. Cnidum aut Colophonem aut Samum, nobilissimas urbes, innumerabilesque alias captas esse commemorem, cum vestros portus atque eos portus quibus vitam et spiritum ducitis in praedonum fuisse potestate sciatis? An vero ignoratis portum Caietae celeberrimum ac plenissimum navium inspectante praetore a praedonibus esse direptum? ex Miseno autem eius ipsius liberos qui cum praedonibus antea ibi bellum gesserat a praedonibus esse sublato? Nam quid ego Ostiense incommodum atque illam labem atque ignominiam rei publicae querar, cum prope inspectantibus vobis classis ea cui consul populi Romani praepositus esset a praedonibus capta atque oppressa est?—*Pro Lege Manilia*, 33.
- a) Give the situation of *Misenum, Ostia*.
- b) Tell in what mood each of the following verbs is, and why this mood is used: *commemorem* (line 2), *praepositus esset* (line 10).
- c) Mention and define one English derivative from any form of each of the following Latin words: *plenissimum* (line 5), *querar* (line 9), *praepositus* (line 10).
- d) Of what is Cicero thinking when he says *portus quibus vitam et spiritum ducitis* (line 3)?
- e) Explain the derivation of *potestate* (line 4).
5. Leguntur eadem ratione ad senatum Allobrogum populumque litterae. Si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. Atque ille primo quidem negavit; post autem aliquanto, toto iam indicio exposito atque edito, surrexit, quaesivit a Gallis quid sibi esset cum eis, quam ob rem domum suam venissent, itemque a Volturcio. Qui cum illi breviter constanterque respondissent per quem ad eum quotiesque venissent, quaesissentque ab eo nihilne secum esset de fati Sibyllinis locutus, tum ille subito scelere demens quanta conscientiae vis esset ostendit. Nam cum id posset infitari, repente praeter opinionem omnium confessus est.—*In Catilinam*, iii, 11
- a) To whom was this speech delivered? What led to its delivery?
- b) Tell in what case *domum* (line 5) is, and why this case is used.
- c) Tell in what mood each of the following verbs is, and why this mood is used: *vellet* (line 2), *posset* (line 10).
- d) Mention and define one English derivative from any form of each of the following Latin words: *leguntur* (line 1), *surrexit* (line 4), *quaesivit* (line 4).
- e) Decline *vis* (line 9) in the singular and the plural.

LATIN C—CICERO

Thursday

9-11 a. m.

Translate any three of the following passages, and answer the questions on the passages chosen. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. Quis enim toto mari locus per hos annos aut tam firmum habuit praesidium ut tutus esset aut tam fuit abditus ut lateret? Quis navigavit qui non se aut mortis aut servitutis periculo committeret, cum aut hieme aut referto praedonum mari navigaret? Hoc tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam late divisum atque dispersum quis umquam arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus uno anno aut omnibus annis ab uno imperatore confici posse? Quam provinciam tenuistis a praedonibus liberam per hosce annos? Quod vectigal vobis tutum fuit? Quem socium defendistis? Cui praesidio classibus vestris fuistis? Quam multas existimatis insulas esse desertas? Quam multas aut metu relictas aut a praedonibus captas urbes esse sociorum? 5 10

—*Pro Lege Manilia*, 31, 32.

- a) Why was Pompey's campaign against the pirates considered so brilliant?
 b) Tell in what mood each of the following verbs is, and why this mood is used: *committeret* (line 3), *navigaret* (line 4), *arbitraretur* (line 5).
 c) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *praesidio* (line 9), *classibus* (line 9), *metu* (line 10).
 d) Explain the derivation of *servitutis* (line 3).
 e) Decline *quis locus* (line 1) in the singular and plural.
2. His ego sanctissimis rei publicae vocibus et eorum hominum qui hoc idem sentiunt mentibus pauca respondebo. Ego si hoc optimum factu iudicarem, patres conscripti, Catilinam morte multari, unius usuram horae gladiatori isti ad vivendum non dedissem. Etenim si summi viri et clarissimi cives Saturnini et Gracchorum et Flacci et superiorum complurium sanguine non modo se non contaminarunt sed etiam honestarunt, certe verendum mihi non erat ne quid hoc parricida civium interfecto invidiae mihi in posteritatem redundaret. Quod si ea mihi maxime impenderet, tamen hoc animo semper fui ut invidiam virtute partam gloriam, non invidiam putarem.—*In Catilinam*, i, 29. 5 10
- a) In what way was the possibility spoken of in line 8 subsequently realized?
 b) Give the principal parts of *sentiunt* (line 2), *respondebo* (line 2), *partam* (line 10).
 c) Explain the derivation of *gladiatori* (line 4).
 d) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *mihi* (line 7), *invidiae* (line 8), *animo* (line 9).
 e) What kind of accusative is *hoc* (line 1)?
3. Qua re gaude tuo isto excellenti bono, et frue cum fortuna et gloria tum etiam natura et moribus tuis; ex quo quidem maximus est fructus iucunditasque sapienti. Cetera cum tua recordabere, etsi persaepe virtuti, tamen plerumque felicitati tuae gratulabere; de nobis, quos in re publica tecum simul esse voluisti, quotiens cogitabis, totiens de maximis tuis beneficiis, totiens de incredibili liberalitate, totiens de singulari sapientia tua cogitabis, quae non modo summa bona sed nimirum audebo vel sola dicere. Tantus est enim splendor in laude vera, tanta in magnitudine animi et consili dignitas ut haec a virtute donata, cetera a fortuna commodata esse videantur.—*Pro Marcello*, 19. 5 10

- a) Why did Caesar's action seem to Cicero to be so magnanimous?
- b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *bono* (line 1), *fortuna* (line 1), *virtuti* (line 3).
- c) Give the principal parts of *gaude* (line 1), *fruere* (line 1), *audebo* (line 7).
- d) Explain the derivation of *incredibili* (line 6).
- e) Why is the preposition *a* used with *virtute* and *fortuna* (lines 9 and 10)?
4. Nunc ego, patres conscripti, mea video quid intersit. Si eritis secuti sententiam C. Caesaris, quoniam hanc is in re publica viam quae popularis habetur secutus est, fortasse minus erunt hoc auctore et cognitore huiusce sententiae mihi populares impetus pertimescendi; sin illam alteram, nescio an amplius mihi negoti contrahatur. Sed tamen meorum periculorum rationes utilitas rei publicae vincat. Habemus enim a Caesare, sicut ipsius dignitas et maiorum eius amplitudo postulabat, sententiam tamquam obsidem perpetuae in rem publicam voluntatis. Intellectum est quid interesset inter levitatem contionatorum et animum vere popularem, saluti populi consulentem.—*In Catilinam*, iv, 9. 5 10
- a) State the gist of Caesar's proposal.
- b) On what legal grounds did Cicero justify the execution of the conspirators?
- c) Tell in what mood each of the following verbs is, and why this mood is used: *contrahatur* (line 5), *vincat* (line 6).
- d) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used: *mea* (line 1), *saluti* (line 10).
- e) Compare *vere* (line 10).
5. Si haec non gesta audiretis, sed picta videretis, tamen appareret uter esset insidiator, uter nihil cogitaret mali, cum alter veheretur in raeda paenulatus, una sederet uxor. Quid horum non impeditissimum, vestitus an vehiculum an comes? Quid minus promptum ad pugnam, cum paenula inretitus, raeda impeditus, uxore paene constrictus esset? Videte nunc illum primum egredientem e villa subito (cur?), vesperi (quid necesse est?) tarde (qui convenit, praesertim id temporis?). Devertit in villam Pompei. Pompeium ut videret? Sciebat in Alsiensi esse. Villam ut perspiceret? Miliens in ea fuerat. Quid ergo erat? Mora et tergiversatio: dum hic veniret, locum relinquere noluit.—*Pro Milone*, 54. 5 10
- a) Explain the reference in *alter* (line 2), *illum* (line 6).
- b) Tell in what mood and tense each of the following verbs is, and why this mood and this tense are used: *audiretis* (line 1), *esset* (line 1), *videret* (line 8).
- c) What was the result of the trial of Milo?
- d) Explain the derivation of *comes* (line 4).
- e) Write the genitive and dative singular of *uter* (line 1).

LATIN C—CICERO

Thursday

9-11 a. m.

Translate any three of the following passages, and answer the questions on the passages chosen. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. Age vero, illa res quantam declarat eiusdem hominis apud hostis populi Romani auctoritatem, quod ex locis tam longinquis tamque diversis tam brevi tempore omnes huic se uni dederunt; quod Cretensium legati, cum in eorum insula noster imperator exercitusque esset, ad Cn. Pompeium in ultimas prope terras venerunt, eique se omnis Cretensium civitates dedere velle dixerunt? Quid? Idem iste Mithridates nonne ad eundem Cn. Pompeium legatum usque in Hispaniam misit, eum quem Pompeius legatum semper iudicavit, ii quibus erat molestum ad eum potissimum esse missum speculatorem quam legatum iudicari maluerunt?—*Pro Lege Manilia*, 46. 5 10
- a) Account for the number of *age* (line 1).
 b) What was *illa res* (line 1)?
 c) What was Pompey doing in Spain at the time of the incident mentioned in the last sentence of this passage?
 d) Explain the construction of *eum* (line 7). What is the subject of *erat* (line 8)? Explain the gender of *molestum* (line 8).
2. At vero C. Caesar intellegit legem Semproniam esse de civibus Romanis constitutam; qui autem rei publicae sit hostis, eum civem esse nullo modo posse; denique ipsum latorem Semproniae legis iniussu populi poenas rei publicae dependisse. Idem ipsum Lentulum, largitorem et prodigum, non putat, cum de pernicie populi Romani, exitio huius urbis tam acerbe, tam crudeliter cogitarit, etiam appellari posse popularem. Itaque homo mitissimus atque lenissimus non dubitat P. Lentulum aeternis tenebris vinculisque mandare, et sancit in posterum ne quis huius supplicio levando se iactare et in perniciem populi Romani posthac popularis esse possit.—*In Catilinam*, iv, 10. 5 10
- a) Why was the *lex Sempronia* brought into this discussion? Why was it called *Sempronia*? How was Cicero made to suffer later as the result of his disregard of this law?
 b) Relate more fully the event referred to in *ipsum . . . dependisse* (lines 3-4).
 c) Explain the spelling *cogitarit* (line 6).
 d) What is the construction of the clause *ne . . . possit* (lines 8-10)?
 e) Explain the derivation of *iniussu* (line 3). Give the literal meaning of *iactare* (line 9), with regard to its derivation.
3. Quae cum ita sint, quid est quod de eius civitate dubitetis, praesertim cum aliis quoque in civitatibus fuerit ascriptus? Etenim cum mediocribus multis et aut nulla aut humili aliqua arte praeditis gratuito civitatem in Graecia homines impertiebant, Reginos credo aut Locrensis aut Neapolitanos aut Tarentinos, quod scaenicis artificibus largiri solebant, id huic summa ingeni praedito gloria noluisse. Quid? Ceteri non modo post civitatem datam sed etiam post legem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas inreperunt; hic qui ne utitur quidem illis in quibus est scriptus, quod semper se Heracliensem esse voluit, reiicietur?—*Pro Archia*, 10. 5 10

- a) What is meant by *Graecia* (line 4)? Name five of its chief cities.
- b) Why did Cicero single out *scaenici artifices* (line 5) for special mention?
- c) To what did Cicero refer in *civitatem datam* (line 7)? What was the *lex Papia*?
- d) Why was the indicative used, rather than the subjunctive, in *impertiebant* (line 4), *solebant* (line 5)?
- e) Explain the peculiarity in the pronunciation of *ingeni* (line 6).
4. Scio igitur Tiberonem domi manere voluisse; sed ita quidam agebat, ita rei publicae sanctissimum nomen opponebat ut, etiam si aliter sentiret, verborum tamen ipsorum pondus sustinere non posset. Cessit auctoritati amplissimi viri, vel potius paruit; una est profectus cum iis quorum erat una causa. Tardius iter fecit itaque in Africam venit iam occupatam. Hinc in Ligarium crimen oritur, vel ira potius. Nam si crimen est illum voluisse, non minus magnum est vos Africam, arcem omnium provinciarum, natam ad bellum contra hanc urbem gerendum, obtinere voluisse quam aliquem se maluisse. Atque is tamen aliquis Ligarius non fuit. Varus imperium se habere dicebat; fascis certe habebat. 10
—*Pro Ligario*, 21, 22.
- a) What was the charge against Ligarius? What was the nature of Cicero's argument?
- b) In what capacity had Tubero gone to Africa?
- c) Of what was Cicero thinking when he said *natam . . . gerendum* (line 8)?
- d) Explain the meaning of *fascis habebat* (line 10).
- e) What is the subject of *est* (line 7)? Explain the construction of *vos* (line 7), *se* (line 9).
5. Nos vero cum semel ad eum quem cupimus optamusque vestitum redierimus, id agamus ut eum in perpetuum retineamus. Nam hoc quidem cum turpe est tum ne dis quidem immortalibus gratum, ab eorum aris, ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere. Atque animadverto, patres conscripti, quosdam huic favere sententiae; quorum ea mens idque consilium est ut, cum videant gloriosissimum illum D. Bruto futurum diem, quo die propter eius salutem redierimus ad vestitum, hunc ei fructum eripere cupiant, ne memoriae posteritatisque prodatur propter unius civis periculum populum Romanum ad saga isse, propter eiusdem salutem redisse ad togas.—*Philippica*, xiv, 2, 3. 10
- a) In a chronological list of Cicero's speeches, where does this one fall? What was the occasion of its delivery? Why did Cicero mention *aris* (line 3)?
- b) Tell what you know of D. Brutus.
- c) Explain the meaning of *ad saga isse, redisse ad togas* (lines 9-10). What term is applied to the peculiar order of these words?
- d) Explain the construction of *ei* (line 8), and the spelling of *redisse* (line 10).

LATIN C—CICERO

Thursday

9—11 a. m.

Translate any three of the following passages, and answer the questions on the passages chosen. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. Cnidum aut Colophonem aut Samum, nobilissimas urbis, innumerabilisque alias captas esse commemorem, cum vestros portus, atque eos portus quibus vitam ac spiritum ducitis, in praedonum fuisse potestate sciatis? An vero ignoratis portum Caietae celeberrimum ac plenissimum navium inspectante praetore a praedonibus esse direptum; ex Miseno autem eius ipsius liberos qui cum praedonibus antea ibi bellum gesserat a praedonibus esse sublato? Nam quid ego Ostiense incommodum atque illam labem atque ignominiam rei publicae querar, cum prope inspectantibus vobis classis ea cui consul populi Romani praepositus esset a praedonibus capta atque oppressa est?—*Pro Lege Manilia*, 33.
- 5
- a) By what law was Pompey put in command of the war with the pirates? In what year? Describe his previous military achievements.
- b) Where were the places referred to in *Samum* (line 1), *Miseno* (line 5), *Ostiense* (line 7)?
- c) What is the point of the contrast between *Cnidum aut Colophonem aut Samum* (line 1) and *vestros portus* (line 2)? Explain the meaning of *quibus vitam ac spiritum ducitis* (line 3).
- d) What force does *an vero* (line 4) give to a question?
2. Introducti autem Galli ius iurandum sibi et litteras ab Lentulo, Cethego, Statio ad suam gentem data esse dixerunt, atque ita sibi ab his et a L. Cassio esse praescriptum, ut equitatum in Italiam quam primum mitterent; pedestris sibi copias non defuturas. Lentulum autem sibi confirmasse ex fatis Sibyllinis haruspicumque responsis se esse tertium illum Cornelium ad quem regnum huius urbis atque imperium pervenire esset necesse; Cinnam ante se et Sullam fuisse; eundemque dixisse fatalem hunc annum esse ad interitum huius urbis atque imperi, qui esset annus decimus post virginum absolutionem, post Capitolii autem incensionem vicesimus.—*In Catilinam*, iii, 9.
- 5
- a) Who were the *Galli* mentioned in line 1? Give an account of their connection with the conspiracy. To what meeting does *introducti* (line 1) refer?
- b) Who were *Lentulo* (line 1), *Cinnam* (line 7), *Sullam* (line 7)?
- c) What is meant by *tertium illum Cornelium* (lines 5, 6)?
- d) What were the *fatis Sibyllinis* (line 5), the *Capitolii* (line 9)? Who were the *virginum* (line 9)?
3. Census nostros requiris. Scilicet; est enim obscurum proximis censoribus hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse; superioribus, cum eodem quaestore fuisse in Asia; primis, Iulio et Crasso, nullam populi partem esse censam. Sed quoniam census non ius civitatis confirmat ac tantum modo indicat eum qui sit census ita se iam tum gessisse pro cive, iis temporibus quem tu criminaris ne ipsius quidem iudicio in civium Romanorum iure esse versatum, et testamentum saepe fecit nostris legibus et adiit hereditates civium Romanorum et in beneficiis ad aerarium delatus est a L. Lucullo pro consule. Quare argumenta, si quae potes; numquam enim hic neque suo neque amico-
rum iudicio revincetur.—*Pro Archia*, 11.
- 5
- 10

- a) What was the object of the Roman *census* (line 1)? How often was one made? In what sense is *primis* (line 3) used?
- b) What force does *scilicet* (line 1) give to the sentence?
- c) What war was being fought at the time indicated by *quaestore* (line 3)? Who was the Roman commander in this war? In what capacity was Archias *apud exercitum* (line 2)?
- d) What is the point of Cicero's argument in the sentence beginning *sed quoniam* (line 4)? Explain the meaning of *in beneficiis ad aerarium delatus est* (line 9).

4. Neque enim posset aut Ahala ille Servilius aut P. Nasica aut L. Opimius aut C. Marius aut me consule senatus non nefarius haberi, si sceleratos civis interfici nefas esset. Itaque hoc, iudices, non sine causa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt, eum qui patris ulciscendi causa matrem necavisset variatis hominum sententiis non solum divina sed etiam sapientissimae deae sententia liberatum. Quod si duodecim tabulae nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem si se telo defenderet, interfici impune voluerunt, quis est qui, quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet, cum videat aliquando gladium nobis ad hominem occidendum ab ipsis porrigi legibus? 10

Pro Milone, 8, 9.

- a) Explain the reference to *Ahala* (line 1), *Nasica* (line 1), *Opimius* (line 1), *Marius* (line 2), *senatus* (line 2).
- b) Tell the story to which allusion is made in the sentence beginning *itaque hoc* (line 3), giving the names of *eum* (line 4), *patris* (line 4), and *deae* (line 6).
- c) Put Cicero's argument in the sentence beginning *quod si* (lines 6, 7) in the fewest and simplest words.
- d) What were the *duodecim tabulae* (line 7)?

5. Neque enim ego illa nec ulla umquam secutus sum arma civilia; semperque mea consilia pacis et togae socia, non belli atque armorum fuerunt. Hominem sum secutus privato consilio, non publico; tantumque apud me grati animi fidelis memoria valuit ut nulla non modo cupiditate sed ne spe quidem, prudens et sciens tamquam ad interitum ruerem voluntarium. Quod quidem meum consilium minime obscurum fuit. Nam et in hoc ordine integra re multa de pace dixi et in ipso bello eadem etiam cum capitis mei periculo sensi. Ex quo nemo iam erit tam iniustus existimator rerum qui dubitet quae Caesaris de bello voluntas fuerit, cum pacis auctores conservandos statim censuerit, ceteris fuerit irator. 10

Pro Marcello, 14, 15.

- a) What is meant by *hoc ordine* (line 7), *ipso bello* (line 7)? Who is meant by *hominem* (line 3)?
- b) Explain the significance of *togae* (line 2). What was the *periculo* (line 8)?
- c) Explain what Cicero meant in the sentence beginning *hominem sum secutus* (line 3), and in the sentence beginning *ex quo nemo* (line 8).
- d) In what year was this speech delivered? To whom was it addressed? What was the occasion?

LATIN C—CICERO

Thursday

9-11 a. m.

Translate three of the following passages, and answer the questions on the passages chosen. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. Inde cum se in Italiam recepisset, duabus Hispaniis et Gallia Transalpina praesidiis ac navibus confirmata, missis item in oram Illyrici maris et in Achaïam omnemque Graeciam navibus, Italiae duo maria maximis classibus firmissimisque praesidiis adornavit; ipse autem ut Brundisio profectus est, undequinquagesimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit. Omnes qui ubique praedones fuerunt partim capti interfectique sunt, partim unius huius se imperio ac potestati dederunt. Idem Cretensibus, cum ad eum usque in Pamphyliam legatos deprecatoresque misissent, spem deditiois non ademit obsidesque imperavit.—*Pro Lege Manilia*, 35. 5
- a) In what year was this speech delivered? What official position did Cicero hold?
- b) What were the *duabus Hispaniis* (line 1), the *duo maria* (line 3)? Where were *Brundisio* (line 4), *Ciliciam* (line 6)?
- c) What arguments were urged against this bill by Hortensius and Catulus? How does Cicero answer these arguments?
- d) Write the numeral sign for *undequinquagesimo* (line 5).
2. Sit Scipio clarus ille cuius consilio atque virtute Hannibal in Africam redire atque ex Italia decedere coactus est; ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas urbis huic imperio infestissimas, Karthaginem Numantiamque, delevit; sit aeterna gloria Marius, qui bis Italiam obsidione et metu servitutis liberavit; anteponatur omnibus Pompeius, cuius res gestae atque virtutes isdem quibus solis cursus regionibus ac terminis continentur; erit profecto inter horum laudes aliquid loci nostrae gloriae, nisi forte maius est patefacere nobis provincias quo exire possimus quam curare ut etiam illi qui absunt habeant quo victores revertantur.—*In Catilinam*, iv, 21. 5 10
- a) To whom was this speech delivered? What led to its delivery?
- b) What course of action was urged by Silanus? What by Caesar? Which of the two courses did Cicero favor?
- c) Where were *Karthaginem* (line 3), *Numantiam* (line 3)? To what victories does *bis* (line 4) refer?
- d) What force does *nisi forte* (line 8) give to the clause which it introduces?
3. Qua re conservate, iudices, hominem pudore eo quem amicorum videtis comprobati cum dignitate tum etiam vetustate; ingenio autem tanto quantum id convenit existimari quod summorum hominum ingeniis expetitur esse videatis; causa vero eius modi qua beneficio legis, auctoritate municipi, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quae de causa pro mea consuetudine breviter simpliciterque dixi, iudices, ea confido probata esse omnibus. Quae a forensi aliena iudici-
- 5

alique consuetudine et de hominis ingenio et communiter de ipso studio locutus sum, ea, iudices, a vobis spero esse in bonam partem accepta; ab eo qui iudicium exercet certo scio.—*Pro Archia*, 31, 32. 10

- a) In what year was this speech delivered? Who is meant by *eo* (line 10)?
What was the charge against Archias?
- b) Explain the reference in *legis* (line 4). State the provisions of this *legis*. Give the name of the *municipi* (line 5).
- c) What advantage does Cicero find in the fact that the poems of Archias were written in Greek? What poetical writings of Archias does Cicero refer to in this speech?
- d) Show precisely how Cicero uses his praise of literature as an argument for the acquittal of his client.

4. Interim cum sciret Clodius—neque enim erat difficile scire—iter sollemne, legitimum, necessarium ante diem XIII Kalendas Februarias Miloni esse Lanuvium ad flaminem prodendum, Roma subito ipse profectus pridie est, ut anté suum fundum, quod re intellectum est, Miloni insidias conlocaret. Atque ita profectus est ut contionem turbulentam, in qua eius furor desideratus est, relinqueret, quam, nisi obire facinoris locum tempusque voluisset, numquam reliquisset. Milo autem cum in senatu fuisset eo die, quoad senatus est dimissus, domum venit, calceos et vestimenta mutavit, dein profectus id temporis cum iam Clodius, si quidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset.—*Pro Milone*, 10 27, 28.

- a) Write the Latin words for which XIII (line 2) stands. What is the construction of the clause *quod . . . est* (line 4)?
- b) What were the *calceos et vestimenta* (lines 8, 9)?
- c) Why were Clodius and Milo enemies? What was the result of the trial?
- d) Show the bearing of the words *profectus . . . potuisset* (lines 9, 10) upon the question of Milo's innocence.

5. Sed hoc quaero: Quis putat esse crimen fuisse in Africa? Nempe is qui et ipse in eadem Africa esse voluit et prohibitum se a Ligario queritur, et certe contra ipsum Caesarem est congressus armatus. Quid enim, Tubero, tuus ille dstrictus in acie Pharsalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? Qui sensus erat armorum tuorum? Quae tua mens, oculi, manus, ardor animi? Quid cupiebas? Quid optabas? Nimis urgeo; commoveri videtur adulescens. Ad me revertar. Isdem in armis fui. Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi ut quod hic potest nos possemus? Quorum igitur impunitas, Caesar, tuae clementiae laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuere oratio?—*Pro Ligario*, 9, 10. 5

- a) Explain fully the events referred to in *qui . . . queritur* (lines 2, 3)?
Who is meant by *hic* (line 9)?
- b) Where was Pharsalus? What happened to Pompey after the battle?
- c) Why did Cicero side with Pompey?
- d) How did Ligarius show his gratitude for Caesar's pardon?

LATIN D

VERGIL — *ÆNEID*, BOOKS I-VI

LATIN D—VIRGIL'S AENEID, BOOKS I-VI

Thursday

1.30-3.30 p. m.

Translate the following passages, and answer the questions on them. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. "Nec tacui demens, et me, fors si qua tulisset,
 si patrios umquam remeassem victor ad Argos,
 promisi ultorem, et verbis odia aspera movi. 95
 Hinc mihi prima mali labes, hinc semper Ulixes
 criminibus terrere novis, hinc spargere voces
 in volgum ambiguas, et quaerere conscius arma.
 Nec requievit enim, donec Calchante ministro— 100
 Sed quid ego haec autem nequiquam ingrata revolve
 quidve moror, si omnis uno ordine habetis Achivos,
 idque audire sat est? Iamdudum sumite poenas;
 hoc Ithacus velit, et magno mercentur Atridae."—ii, 94-104.

- a) Rewrite *remeassem* (verse 95) in the direct form.
 b) In verses 94-96, what trait in his own character is Sinon seeking to suggest to his hearers?
 c) Tell in what mood *terrere* (verse 98) is, and why this mood is used.
 d) Who is meant by *Ithacus* (verse 104)? Where was Ithaca?
 e) Why is verse 104 a clever close of this part of Sinon's tale?
 f) To what kind of clause is *consciis* (verse 99) equivalent?
 g) Copy verses 101 and 102, and indicate the division into feet and the principal caesura.

2. "Bellum etiam pro caede boum stratisque iuvenis,
 Laomedontiadae, bellumne inferre paratis
 et patrio Harpyias insontis pellere regno?
 Accipite ergo animis atque haec mea figite dicta, 250
 quae Phoebus pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo
 praedixit, vobis Furiarum ego maxuma pando.
 Italiam cursu petitis, ventisque vocatis
 ibitis Italiam, portusque intrare licebit;
 sed non ante datam cingetis moenibus urbem, 255
 quam vos dira fames nostraeque iniuria caedis
 ambesas subigat malis absumere mensas."—iii, 247-257.

- a) Where were the Trojans when these words were spoken to them?
 b) Explain the taunt in *Laomedontiadae* (verse 248).
 c) What part does Apollo play in Book III?
 d) Give the principal parts of *pando* (verse 252).
 e) What poetical construction is used in verse 254? Change it to the corresponding prose construction.
 f) When and how is the prophecy made in verses 255-257 fulfilled?
 g) Write the nominative of *malis* (verse 257).

3.

“Illae autem, paribus quas fulgere cernis in armis,
 concordēs animae nunc et dum nocte premuntur,
 heu quantum inter se bellum, si lumina vitae
 attigerint, quantas acies stragemque ciebunt,
 aggeribus socer Alpinis atque arce Monoeci
 descendens, gener adversis instructus Eois!
 Ne, pueri, ne tanta animis adsuescite bella,
 neu patriae validas in viscera vertite viris;
 tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo,
 proice tela manu, sanguis meus!”—vi, 826–835.

830

835

- a) Explain the reference in *socer* (verse 830) and *gener* (verse 831).
- b) Explain the figure in *aggeribus Alpinis* (verse 830).
- c) Show how the description of the opposing forces in verses 830–831 was true.
- d) Give the principal parts of *ciebunt* (verse 829).
- e) Rewrite *ne adsuescite* (verse 832) in the form which is most common in prose.
- f) Of what facts is Anchises thinking when he says *genus qui ducis Olympo* (verse 834)?
- g) Point out and name the noteworthy feature of sound illustrated in verse 833.

LATIN D—VERGIL'S AENEID, BOOKS I-VI

1912

Thursday

1.30-3.30 p. m.

Translate the following passages, and answer the questions on them. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. Tum breviter Dido vultum demissa profatur:
 "Solvite corde metum, Teuceri, secludite curas.
 Res dura et regni novitas me talia cogunt
 moliri et late finis custode tueri.
 Quis genus Aeneadum, quis Troiae nesciat urbem, 565
 virtutesque virosque aut tanti incendia belli?
 Non obtunsa adeo gestamus pectora Poeni,
 nec tam aversus equos Tyria Sol iungit ab urbe.
 Seu vos Hesperiam magnam Saturniaque arva
 sive Erycis finis regemque optatis Acesten, 570
 auxilio tutos dimittam opibusque iuvabo."—i, 561-571.
- a) Under what circumstances does Dido speak these words?
 b) Explain the syntax of *vultum* (verse 561).
 c) Of what facts is Dido thinking when she says *res dura et regni novitas* (verse 563)?
 d) Write the longer form of *Aeneadum* (verse 565).
 e) State in simple English the thought which is expressed figuratively in verse 568.
 f) Why was Italy called *Hesperiam* (verse 569)? Where were the *Erycis finis* (verse 570)?
 g) Copy verses 568 and 569, and indicate the quantity of each syllable, the division into feet, and the principal caesuras.
2. Creta Iovis magni medio iacet insula ponto,
 mons Idaeus ubi et gentis cunabula nostrae. 105
 Centum urbes habitant magnas, uberrima regna,
 maxumus unde pater, si rite audita recorder,
 Teucus Rhoeteas primum est advectus ad oras
 optavitque locum regno. Nondum Ilium et arces
 Pergameae steterant; habitabant vallibus imis. 110
 Hinc mater cultrix Cybelae Corybantiaque aera
 Idaeumque nemus, hinc fida silentia sacris
 et iuncti currum dominae subiere leones.
 Ergo agite, et divom ducunt qua iussa sequamur.—iii, 104-114.
- a) Where were the Trojans when these words were spoken to them?
 b) Give the location of the places referred to in *Creta* (verse 104), *Rhoeteas oras* (verse 108), *Idaeum nemus* (verse 112).

- c) Explain the allusion in *mater* (verse 111), *Corybantia aera* (verse 111).
- d) What poetical construction is used in verse 110? Change it to the corresponding prose construction.
- e) Explain the derivation of *cultrix* (verse 111), giving the force of the suffix.
- f) In what respect is the order of words in verse 114 an order that neither Caesar nor Cicero would have used?

3.

Tum Saturnius haec domitor maris edidit alti:
 "Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis, 800
 unde genus ducis. Merui quoque; saepe furores
 compressi et rabiem tantam caelique marisque.
 Nec minor in terris (Xanthum Simoentaque testor)
 Aeneae mihi cura tui. Cum Troia Achilles
 exanimata sequens impingeret agmina muris, 805
 milia multa daret leto gemerentque repleti
 amnes nec reperire viam atque evolvere posset
 in mare se Xanthus, Pelidae tunc ego forti
 congressum Aenean nec dis nec viribus aequis
 nube cava rapui, cuperem cum vertere ab imo .810
 structa meis manibus periurae moenia Troiae."—v, 799-811

- a) Under what circumstances were these words spoken?
- b) Who is meant by *domitor maris* (verse 799), *Cytherea* (verse 800)?
- c) Explain the allusion in *Saturnius* (verse 799), *unde genus ducis* (verse 801), *Simoenta* (verse 803).
- d) Write the nominative case of *Simoenta* (verse 803).
- e) Explain the derivation of *Pelidae* (verse 808), giving the force of the suffix.
- f) Account for the syntax of *Pelidae* (verse 808), *dis* (verse 809).

LATIN D—VERGIL'S AENEID, BOOKS I-VI

1913

Thursday

2-4 p. m.

Translate the following passages, and answer the questions on them. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. Sic Venus, et Veneris contra sic filius orsus: 325
 "Nulla tuarum audita mihi neque visa sororum,
 O—quam te memorem, virgo? Namque haud tibi voltus
 mortalis, nec vox hominem sonat. O dea certe!
 An Phoebi soror? An Nympharum sanguinis una?
 Sis felix nostrumque leves, quaecumque, laborem 330
 et quo sub caelo tandem, quibus orbis in oris
 iactemur doceas; ignari hominumque locorumque
 erramus, vento huc vastis et fluctibus acti.
 Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra."—i, 325-334.
- a) Under what circumstances were these words spoken?
 b) Tell in what case *mihi* (verse 326) is, and why this case is used. What kind of accusative is *hominem* (verse 328)?
 c) Tell in what mood *memorem* (verse 327) is, and why this mood is used.
 d) Explain the allusion in *Phoebi soror* (verse 329).
 e) Write the principal parts of *orsus* (verse 325).
 f) In what way does the scansion help you to determine the meaning in verse 334?
 g) Copy verses 326 and 327, and indicate the quantity of each syllable, the division into feet, and the principal caesuras.
2. Tum pius Aeneas: "Equidem sic poscere ventos
 iam dudum et frustra cerno te tendere contra.
 Flecte viam velis. An sit mihi gravior ulla,
 quove magis fessas optem demittere navis,
 quam quae Dardanium tellus mihi servat Acesten 30
 et patris Anchisae gremio complectitur ossa?"
 Haec ubi dicta, petunt portus, et vela secundi
 intendunt Zephyri; fertur cita gurgite classis,
 et tandem laeti notae advertuntur harenae.—v, 26-34.
- a) To whom was Aeneas speaking, and under what circumstances?
 b) In what various senses is the adjective *pius* (verse 26) applicable to Aeneas?
 c) Rewrite verse 29 as the words would stand in prose.
 d) To what *tellus* does Aeneas refer in verse 30?

- e) What part does Acestes play in the story?
f) Why did Vergil write *portus* (verse 32) in the plural, rather than in the singular?
g) How is the fact stated in verse 31 connected with the general subject of Book V?

3. "Quin, ut te supplex peterem et tua limina adirem, 115
idem orans mandata dabat. Gnatique patrisque,
alma, precor, miserere (potes namque omnia, nec te
nequiquam lucis Hecate praefecit Avernis).
Si potuit Manis arcessere coniugis Orpheus,
Threicia fretus cithara fidibusque canoris, 120
si fratrem Pollux alterna morte redemit
itque reditque viam totiens—quid Thesea magnum,
quid memorem Alciden?—et mi genus ab Iove summo."
vi, 115-123.

- a) To whom were these words spoken, and under what circumstances?
b) Tell in what case each of the following words is, and why this case is used:
patris (verse 116), *mi* (verse 123).
c) Relate briefly the story referred to in verses 119-120.
d) Explain the allusion in *fratrem . . . redemit* (verse 121), *Alciden* (verse 123).
e) How did Aeneas learn that he had permission to descend alive into the lower world?
f) Of what was the speaker thinking when he said *et . . . summo* (verse 123)?
g) In what way does Vergil use Book VI to glorify Rome?

Thursday

2-4 p. m.

Translate the following passages, and answer the questions on them. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. "Hanc pro Palladio moniti, pro numine laeso
 effigiem statuere, nefas quae triste piaret.
 Hanc tamen immensam Calchas attollere molem 185
 roboribus textis caeloque educere iussit,
 ne recipi portis aut duci in moenia possit,
 neu populum antiqua sub religione tueri.
 Nam si vestra manus violasset dona Minervae,
 tum magnum exitium (quod di prius omen in ipsum 190
 convertant!) Priami imperio Phrygibusque futurum;
 sin manibus vestris vestram ascendisset in urbem,
 ultro Asiam magno Pelopea ad moenia bello
 venturam, et nostros ea fata manere nepotes."—ii, 183-194.

- Under what circumstances were these words spoken?
- Explain fully the reference in *Palladio* (verse 183).
- What poetical construction is used in verse 186? Change it to the corresponding prose construction.
- Make clear the meaning of verse 188. Explain the allusion in *Pelopea* (verse 193).
- To whom does *ipsum* (verse 190) refer? What reason had the speaker given for hating this man?
- How is Book II of the Aeneid related to Books I and III?
- Copy verses 190 and 191, and indicate the quantity of each syllable, the division into feet, and the principal caesuras.

2. Agnovit prolem ambiguum geminosque parentes, 180
 seque novo veterum deceptum errore locorum.
 Tum memorat: "Nate, Iliacis exercite fatis,
 sola mihi talis casus Cassandra canebat.
 Nunc repeto haec generi portendere debita nostro,
 et saepe Hesperiam, saepe Itala regna vocare. 185
 Sed quis ad Hesperiae venturos litora Teucros
 crederet? Aut quem tum vates Cassandra moveret?
 Cedamus Phoebo et moniti meliora sequamur."—iii, 180-188.

- Under what circumstances were the words in verses 182-188 spoken?
- Write the principal parts of *canebat* (verse 183).
- Why was Italy called *Hesperiam* (verse 185)?
- What is the literal meaning of *canebat* (verse 183)? Why is it an appropriate word in this place?
- Who was Cassandra? To what misfortune of hers does verse 187 refer?
- Name in order the places mentioned in Book III at which Aeneas landed.
- What part did Phoebus (verse 188) play in the wanderings of Aeneas?

3.

“Huius in adventum iam nunc et Caspia regna
reponsis horrent divom et Maeotia tellus,
et septemgemi turbant trepida ostia Nili. 800
Nec vero Alcides tantum telluris obivit,
fixerit aripedem cervam licet, aut Erymanthi
pacarit nemora, et Lernam tremefecerit arcu,
nec, qui pampineis victor iuga flectit habenis,
Liber, agens celso Nysae de vertice tigris. 805
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis,
aut metus Ausonia prohibet consistere terra?”—vi, 798–807.

- a) Under what circumstances were these words spoken?
- b) What and where were *Caspia regna* (verse 798), *Ausonia terra* (verse 807)?
- c) Explain the three allusions in verses 802 and 803.
- d) Explain the form *divom* (verse 799). Write the longer form of *pacarit* (verse 803).
- e) Account for Vergil's attitude toward Augustus as indicated in this passage.
- f) How is the thought expressed in verses 806 and 807 related to the verses that precede?
- g) What revelation of the future was granted to Aeneas in the lower world?

LATIN D—VERGIL'S AENEID, BOOKS I-VI

Thursday

2-4 p. m.

Translate the following passages, and answer the questions on them. The translation should be exact, but in clear and natural English.

1. "His ego nec metas rerum nec tempora pono,
imperium sine fine dedi. Quin aspera Iuno,
quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat, 280
consilia in melius referet mecumque fovebit
Romanos, rerum dominos, gentemque togatam.
Sic placitum. Veniet lustris labentibus aetas
cum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenae
servitio premet ac victis dominabitur Argis. 285
Nascetur pulchra Troianus origine Caesar,
imperium Oceano, famam qui terminet astris,
Iulius, a magno demissum nomen Iulo."—i, 278-288.
- a) By whom were these words spoken? To whom? In what connection?
b) Discuss verses 278-282 and 286-288 with reference to the purpose of the *Aeneid*.
c) To what historical event do verses 284, 285 refer? Explain the references in *Assaraci*, *Phthiam*, *Mycenae*?
d) Who were *Caesar* (verse 286), *Iulo* (verse 288)?
e) What is the point of *aspera* (verse 279), *Troianus* (verse 286)?
f) What does Vergil mean by *Oceano* in verse 287?
2. "Heu nihil invitis fas quemquam fidere divi!
Ecce trahebatur passis Priameia virgo
crinibus a templo Cassandra adytisque Minervae,
ad caelum tendens ardentia lumina frustra— 405
lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.
Non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus,
et sese medium iniecit periturus in agmen.
Consequimur cuncti et densis incurrimus armis.
Hic primum ex alto delubri culmine telis 410
nostrorum obruimur, oriturque miserrima caedes
armorum facie et Graiarum errore iubarum."—ii, 402-412.
- a) Explain the application of verse 402 to the situation. What was the *errore* (verse 412)?
b) Tell the story of Cassandra.
c) Tell all you know about Minerva, and her part in the Trojan War.
d) What word would regularly be used in prose instead of *divis* (verse 402)? Change *periturus* (verse 408) to a common prose construction.
e) Copy verses 409 and 411, and indicate the quantity of each syllable, the division into feet, and the principal caesuras.
f) What is the subject of each of the first six books of the *Aeneid*? In what order should the books be arranged to show the chronological sequence of their contents?

3. "Nec non et Phrygii comites et laetus Iulus
 incedunt. Ipse ante alios pulcherrimus omnis
 infert se socium Aeneas atque agmina iungit.
 Qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
 deserit ac Delum maternam invisit Apollo
 instauratque choras mixtique altaria circum
 Cretesque Dryopesque fremunt pictique Agathyrsi,
 ipse iugis Cynthi graditur mollique fluentem
 fronde premit crinem fingens atque implicat auro,
 tela sonant umeris; haud illo signior ibat
 Aeneas, tantum egregio decus enitet ore."—iv, 140-150. 140
 145
 150

- a) What was the occasion of the gathering described in verses 140-142?
 b) Who are meant by *Phrygii* (verse 140), and why are they so called?
 c) What and where were *Lyciam* (verse 143), *Delum* (verse 144), *Cynthi* (verse 147)?
 d) What peculiarity of prosody is found in verse 146?
 e) What was the *fronde* (verse 148)? What were the *tela* (verse 149)?

LATIN M

ELEMENTARY SIGHT TRANSLATION OF PROSE

LATIN M—ELEMENTARY SIGHT TRANSLATION OF PROSE

Wednesday

11.15 a. m.—12.30 p. m.

Read the passage through two or three times before beginning to write the translation. The translation should be exact, but in clear and natural English.

GALBA'S ACCOUNT OF THE BATTLE OF MUTINA

Cum equites Antonii apparuissent, contineri neque legio Martia neque cohortes praetoriae potuerunt; quas sequi coepimus coacti, quoniam retinere eas non potueramus. Antonius ad Forum Gallorum suas copias continebat neque sciri volebat se legiones habere; tantum equitatum et levem armaturam ostendebat. Posteaquam vidit se invito legionem ire Pansa, sequi se duas legiones iussit tironum.¹ Posteaquam angustias paludis et silvarum transimus, acies est instructa a nobis XII cohortium; nondum venerant legiones duae: repente Antonius in aciem suas copias de vico produxit et sine mora concurrat. Primo ita pugnatum est, ut acrius non posset ex utraque parte pugnari; etsi dexterius cornu, in quo ego eram cum Martiae legionis cohortibus octo, impetu primo fugaverat legionem XXXV Antonii, ut amplius passus quingentos ultra aciem, quo loco steterat, processerit. Itaque cum equites nostrum cornu circumire vellent, recipere me coepi et levem armaturam opponere Maurorum equitibus, ne aversos nostros adgrederentur.—Cicero, *Ad Familiares*, x, 30, 2-3.

¹*tironum*, from *tiro*, 'a recruit.'

LATIN M—ELEMENTARY SIGHT TRANSLATION OF PROSE

Wednesday

11.15 a. m.—12.30 p. m.

Read the passage through several times before beginning to write the translation.
The translation should be exact, but in clear and natural English.

Si diligenter quid Mithridates potuerit et quid effecerit et qui vir fuerit consideraris, omnibus regibus quibuscum populus Romanus bellum gessit hunc regem nimirum¹ antepones. Qui rex sibi aliquot annis sumptis ad confirmandas rationes et copias belli tantum spe conatuque valuit ut se Oceanum cum Ponto, Sertori copias cum suis coniuncturum putaret. Ad quod bellum duobus consulibus ita missis ut alter Mithridatem persequeretur, alter Bithyniam tueretur, alterius² res et terra et mari calamitosae vehementer et opes regis et nomen auxerunt; L. Luculli vero res tantae exstiterunt ut neque maius bellum commemorari possit neque maiore consilio et virtute gestum. Nam cum totius impetus belli ad Cyzicenorū moenia constitisset³ eamque urbem sibi Mithridates Asiae ianuam⁴ fore putasset, qua efracta et revulsa⁵ tota pateret provincia, perfecta a Lucullo haec sunt omnia ut urbs fidelissimorum sociorum defenderetur et omnes copiae regis diuturnitate obsessionis consumerentur.—Cicero, *Pro Murena*, 32, 33.

¹ *nimirum*, equivalent to *profecto*. ² *alterius* . . . L. Luculli denote the same persons as *alter* . . . *alter*. ³ *constitisset*, from *consistere*, 'concentrate.' ⁴ *ianuam*, 'doorway.' ⁵ *revulsa*, 'torn away.'

LATIN M—ELEMENTARY SIGHT TRANSLATION OF PROSE

Thursday

11.15 a. m.—1 p. m.

Read the passage through several times before beginning to write the translation. The translation should be exact, but in clear and natural English.

THE ROUT AT THE BATTLE OF THAPSUS

Interim Scipionis copiis prostratis passimque¹ toto campo fugientibus confestim Caesaris legiones consequi spatiumque se non dare colligendi. Qui postquam ad ea castra quae petebant perfugerunt, ut refecti castris rursus sese defenderent ducemque aliquem requirerent, quem respicerent, cuius auctoritate imperioque rem gererent, et postquam animadverterunt neminem ibi esse praesidio, protinus² armis abiectis in regia castra fugere contendunt. Quo postquam pervenerunt, ea quoque ab Iulianis³ teneri vident. Desperata salute in quodam colle consistunt atque armis demissis salutationem more militari faciunt. Quibus miseris ea res parvo praesidio fuit. Namque milites veterani ira et dolore incensi non modo ut parcerent hosti non poterant adduci, sed etiam ex suo exercitu inlustres⁴ urbanos complures aut vulnerarunt aut interfecerunt. In quo numero fuit Tullius Rufus quaestorius,⁵ qui pilo traiectus consulto⁶ a milite interiit; item Pompeius Rufus bracchium⁷ gladio percussus,⁸ nisi celeriter ad Caesarem accurrisset, interfectus esset.—*De Bello Africano*, 85, 3-8.

¹ *passim*, 'in every direction.' ² *protinus*, 'straight on.' ³ *Iulianis*, the soldiers of Caesar.
⁴ *inlustres*, 'distinguished.' ⁵ *quaestorius*, 'an ex-quaestor.' ⁶ *consulto*, 'deliberately.' ⁷ *bracchium*, 'arm.' ⁸ *percussus*, 'stabbed.'

LATIN M—ELEMENTARY SIGHT TRANSLATION OF PROSE

Thursday

11.15 a. m.—1 p. m.

Read the passage through several times before beginning to write the translation. The translation should be exact, but in clear and natural English.

[*Cicero praises Pompey in order to justify the course adopted by Deiotarus.*]

Ignosce, ignosce, Caesar, si eius viri auctoritati rex Deiotarus cessit, quem nos omnes secuti sumus; ad quem cum di atque homines omnia ornamenta con-gessissent, tum tu ipse plurima et maxima. Neque enim, si tuae res gestae cete-rorum laudibus obscuritatem attulerunt, idcirco Cn. Pompei memoriam amisimus. Quantum nomen illius fuerit, quantaes opes, quanta in omni genere bellorum gloria, quanti honores populi Romani, quanti senatus, quanti tui, quis ignorat? Tanto ille superiores vicerat gloria quanto tu omnibus praestitisti. Itaque Cn. Pompei bella, victorias, triumphos, consulatus admirantes numerabamus; tuos enumerare non possumus. Ad eum igitur rex Deiotarus venit hoc misero fatalique bello, quem antea iustis hostilibusque bellis adiuverat, quocum erat non hospitio solum, verum etiam familiaritate coniunctus; et venit vel rogatus ut amicus, vel arcessi-tus ut socius, vel evocatus ut is qui senatui parere didicisset; postremo venit ut ad fugientem, non ut ad insequentem, id est ad periculi, non ad victoriae societatem.

Cicero, *Pro Rege Deiotaro*, 12, 13.

LATIN M—ELEMENTARY SIGHT TRANSLATION OF PROSE

Wednesday

9-11 a. m.

Read the passage through several times before beginning to write the translation. The translation should be exact, but in clear and natural English.

[*Cicero puts Antony in the same class with Catiline and Clodius.*]

Quonam meo fato, patres conscripti, fieri dicam ut nemo his annis viginti rei publicae fuerit hostis qui non bellum eodem tempore mihi quoque indixerit? Nec vero necesse est quemquam a me nominari; vobiscum ipsi recordamini. Mihi poenarum illi plus quam optarem dederunt; te miror, Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorrescere. Atque hoc in aliis minus mirabar. Nemo enim illorum inimicus mihi fuit voluntarius; omnes a me rei publicae causa lacessiti. Tu ne verbo quidem violatus, ut audacior quam Catilina, furiosior quam Clodius viderere, ultro me maledictis lacessisti, tuamque a me alienationem commendationem tibi ad impios civis fore putavisti. Quid putem? Contemptumne me? Non video nec in vita nec in gratia nec in rebus gestis nec in hac mea mediocritate ingeni quid despiciere possit Antonius. An in senatu facillime de me detrahi posse credidit? Qui ordo clarissimis civibus bene gestae rei publicae testimonium multis, mihi uni conservatae dedit. Illud profecto: non existimavit sui similibus probari posse se esse hostem patriae, nisi mihi esset inimicus.—Cicero, *Philippica* ii, 1, 2.

LATIN P

ADVANCED SIGHT TRANSLATION OF PROSE

LATIN P—ADVANCED SIGHT TRANSLATION OF PROSE

Thursday

9-11 a. m.

Read the passage through several times before beginning to write the translation.
The translation should be exact, but in clear and natural English.

THE DEPARTURE OF HANNIBAL FROM ITALY AND THE RECEPTION OF THE NEWS AT ROME

Raro quemquam alium patriam exsili causa relinquentem tam maestum abisse ferunt quam Hannibalem hostium terra excedentem. Respexisse saepe Italiae litora, et deos hominesque accusantem in se quoque ac suum ipsius caput execratum,¹ quod non cruentum ab Cannensi victoria militem Romam duxisset: Scipionem ire ad Carthaginem ausum, qui consul hostem Poenum in Italia non vidisset; se centum milibus armatorum ad Trasumenum, ad Cannas caesis circa Casilinum Cumasque et Nolam consenuisse.² Haec accusans querensque ex diutina possessione Italiae est deductus.

Romam per eosdem dies et Magonem et Hannibalem profectos adlatum est. Cuius duplicis gratulationis minuit laetitiam, et quod parum³ duces in retinendis iis, cum id mandatum ab senatu esset, aut animi aut virium habuisse videbantur, et quod solliciti erant, omni belli mole in unum exercitum ducemque inclinata,⁴ quo evasura esset res.

Mentio deinde ab senioribus facta est segnius homines bona quam mala sentire; transitu in Italiam Hannibalis quantum terroris pavorisque esse meminisse! Quas deinde clades, quos luctus incidisse! Visa castra hostium e muris urbis; quae vota singulorum universorumque fuisse. Quotiens in conciliis voces manus ad caelum porgentium⁵ auditas, cum umquam ille dies futurus esset, quo vacuam hostibus Italiam bona pace florentem visuri essent!—Livy, xxx, 20 and 21.

¹*Execratum*, from *execrari*, 'to call down curses.' ²*consenuisse*, from *consenescere*, 'to grow old.' ³*parum*, used here as a substantive. ⁴*inclinata*, from *inclinare*, 'to turn.' ⁵*porgentium*, from *porgere*, 'to stretch.'

LATIN P—ADVANCED SIGHT TRANSLATION OF PROSE

Thursday

9-11 a. m.

Read the passage through several times before beginning to write the translation. The translation should be exact, but in clear and natural English.

THE ATTITUDE OF CICERO TOWARD THE DOMINATION OF OCTAVIANUS IN ROME

Si per tuas legiones mihi licitum fuisset, quae nomini meo populoque Romano sunt inimicissimae, venire in senatum coramque de re publica disputare, fecissem, neque tam libenter quam necessario; nulla enim remedia quae vulneribus adhibentur tam faciunt dolorem quam quae sunt salutaria. Sed quoniam cohortibus armatis circumsaeptus senatus nihil aliud vere potest discernere nisi se timere—in Capitolio signa sunt, in urbe milites vagantur, in Campo castra ponuntur, Italia tota legionibus ad libertatem nostram conscriptis, ad servitutem adductis equitatuque exterarum nationum distinetur—cedam tibi in praesentia foro, curia, et sanctissimis deorum immortalium templis, in quibus, reviviscente iam libertate, deinde rursus oppressa, senatus nihil consulitur, timet multa, adsentatur omnia. Post etiam paulo, temporibus ita postulantibus, cedam urbe, quam per me conservatam, ut esset libera, in servitute videre non potero; cedam vita, quae quamquam sollicita¹ est, tamen, si profutura est rei publicae, bona spe posteritatis² me consolatur, qua sublata non dubitanter occidam,³ atque ita cedam ut fortuna iudicio meo, non animus mihi defuisse videatur. Illud vero, quod et recentis doloris habet indicium et praeteritae iniuriae testimonium et absentium sensus⁴ significationem,⁵ non praetermittam, quin, quoniam coram id facere prohibeor, absens prosim, si quidem mea salus aut utilis rei publicae est aut coniuncta certe publicae saluti.—*Pseudociceronis Epistula ad Octavianum*, 1-2.

¹ *sollicita*, 'full of trouble.' ² *posteritatis*, 'future glory.' ³ *occidam* (notice the quantity of the *i*). ⁴ *sensus*, genitive. ⁵ *significationem*, 'an indication.'

LATIN P—ADVANCED SIGHT TRANSLATION OF PROSE

Thursday

9-11 a. m.

Read the passage through several times before beginning to write the translation. The translation should be exact, but in clear and natural English.

THE CONSUL COTTA ADDRESSES A CROWD OF ANGRY CITIZENS AND DECLARES THAT HE IS WHOLLY LOYAL TO THEIR INTERESTS

Quirites, multa mihi pericula domi militiaeque, multa adversa fuere, quorum alia toleravi, partim reppuli deorum auxiliis et virtute mea; in quibus omnibus numquam animus negotio defuit neque decretis labor. Malae secundaeque res opes, non ingenium mihi mutabant. At contra in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere. Praeterea senectus, per se gravis, curam duplicat, cui misero acta iam aetate ne mortem quidem honestam sperare licet. Nam si parricida vestri sum et deos penatis meos patriamque et summum imperium vilia¹ habeo, quis mihi vivo cruciatus satis est aut quae poena mortuo? Quin omnia memorata apud inferos supplicia scelere meo vici. A prima adulescentia in ore vestro privatus et in magistratibus egi. Qui lingua, qui consilio meo, qui pecunia voluere, usi sunt; neque ego callidam facundiam² neque ingenium ad male faciendum exercui. Avidissimus privatae gratiae maximas inimicitias pro re publica suscepi; quibus victus³ cum egens alienae opis plura mala exspectarem, vos. Quirites, rursus mihi patriam deosque penatis cum ingenti dignitate dedistis. Pro quibus beneficiis vix satis gratus videar, si singulis animam, quam nequeo,⁴ concesserim.⁵ Nam⁶ vita et mors iura naturae sunt; ut sine dedecore⁷ cum civibus fama et fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur.—Sallust, *Historiae*, ii.

¹*vilis*, 'cheap.' ²*callidam facundiam*, 'skilful eloquence.' ³*victus*. Cotta, the speaker, had been forced to go into exile. ⁴*nequeo*, 'I cannot.' ⁵*concesserim*, 'sacrifice.' ⁶*nam . . .* *accipitur*, explains *quam nequeo*. ⁷*dedecore*, dishonor.

LATIN P—ADVANCED SIGHT TRANSLATION OF PROSE

Thursday

9-11 a. m.

Read the passage through several times before beginning to write the translation. The translation should be exact, but in clear and natural English.

[*Hannibal's Italian allies reproach him for his failure to come to their assistance.*]

Eadem aestate Marcellus ab Nola¹, quam praesidio obtinebat, crebras excursions in agrum Hirpinum et Samnites fecit, adeoque omnia ferro atque igni vastavit ut antiquarum cladum² memoriam renovaret. Itaque legati ad Hannibalem missi simul ex utraque gente ita Poenum adlocuti sunt: "Hostes populi Romani, Hannibal, fuimus primum per nos ipsi, quoad nostra arma, nostrae vires nos tutari poterant. Postquam iis parum fidebamus, Pyrrho regi nos adiunximus; a quo relictis pacem necessariam accepimus, fuimusque in ea per annos prope quinquaginta ad id tempus quo tu in Italiam venisti. Tua nos non magis virtus fortunaque quam unica³ comitas⁴ ac benignitas erga cives nostros, quos captos nobis remisisti, ita conciliavit tibi ut te salvo atque incolumi amico non modo populum Romanum sed ne deos quidem iratos, si fas⁵ est dici, timeremus. At hercule non solum incolumi et victore sed praesente te, cum ploratum⁶ prope coniugum ac liberorum nostrorum exaudire et flagrantia tecta posses conspicere, ita sumus aliquotiens hac aestate devastati ut M. Marcellus, non Hannibal vicisse ad Cannas videatur. Causa autem haec est, quod neque tu defendis et nostra iuventus, quae, si domi esset, tutaretur, omnis sub signis militat tuis. Nec te nec exercitum tuum norim, nisi, a quo tot acies Romanas fusas stratasque⁷ esse sciam, ei facile esse ducam opprimere populatores nostros vagos⁸ sine signis palatos⁹ quo quemque trahit quamvis vana praedae spes. Numidarum paucorum illi quidem praeda erunt, praesidiumque miseris simul nobis et Nolae ademeris, si modo quos, ut socios haberes, dignos duxisti, haud¹⁰ indignos iudicas quos in fidem receptos tuearis."—Livy, xxiii, 41, 42.

¹*Nola*, a city in Campania. ²*cladium*, 'disasters.' ³*unica*, 'singular.' ⁴*comitas*, 'courtesy.' ⁵*fas*, 'right.' ⁶*ploratum*, 'wailing.' ⁷*fusas stratasque*, 'routed and overthrown.' ⁸*vagos*, equivalent to *vagantes*. ⁹*palatos*, from *palari*, 'to wander.' ¹⁰*haud*, 'not.'

LATIN P—ADVANCED SIGHT TRANSLATION OF PROSE

Thursday

9-11 a. m.

Read the passage through several times before beginning to write the translation. The translation should be exact, but in clear and natural English.

[Cicero describes the wisdom with which Aratus of Sicyon adjusted a difficult question of property rights.]

At vero Aratus Sicyonius iure laudatur, qui, cum eius civitas quinquaginta annos a tyrannis teneretur, profectus Argis¹ Sicyonem clandestino introitu urbe est potitus, cumque tyrannum Nicoclem improviso oppressisset, sescentos exsules, qui locupletissimi fuerant eius civitatis, restituit remque publicam adventu suo liberavit. Sed cum magnam animadverteret in bonis et possessionibus difficultatem, quod et eos quos ipse restituerat, quorum bona alii possederant, egere iniquissimum esse arbitrabatur et quinquaginta annorum possessiones moveri non nimis aequum putabat, propterea quod tam longo spatio multa hereditatibus,² multa emptionibus,³ multa dotibus⁴ tenebantur sine iniuria, iudicavit neque illis adimi nec iis non satis fieri quorum illa fuerant oportere. Cum igitur statuisset opus esse ad eam rem constituendam pecunia, Alexandriam se proficisci velle dixit remque integram ad reditum suum iussit esse, isque celeriter ad Ptolemaeum suum hospitem venit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditam. Cui cum exposuisset patriam se liberare velle causamque docuisset, a rege opulento vir summus facile impetravit ut grandi⁵ pecunia adiuvaretur. Quam cum Sicyonem attulisset, adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognovit et eorum qui aliena tenebant et eorum qui sua amiserant, perfecitque aestimandis possessionibus ut persuaderet aliis ut pecuniam accipere mallent, possessionibus cederent, aliis ut commodius putarent numerari⁶ sibi quod tanti⁷ esset quam suum recuperare. Ita perfectum est ut omnes concordia constituta sine querella⁸ discederent. O virum magnum dignumque qui in re publica nostra natus esset! Sic par est agere cum civibus, non hastam⁹ in foro ponere et bona civium voci subicere praeconis.¹⁰ At ille Graecus, id quod fuit sapientis et praestantis viri, omnibus consulendum putavit.

Cicero, *De Officiis*, ii, 81-83.

¹ *Argis*, from *Argi* (pl.), 'Argos.' ² *hereditatibus*, from *hereditas*, 'inheritance.' ³ *emptionibus*, from *emptio*, 'purchase.' ⁴ *dotibus*, from *dos*, 'dowry.' ⁵ *grandi*, 'large.' ⁶ *numerari*, 'to be paid.' ⁷ *tanti*, supply *quanti possessiones amissae*. ⁸ *querella*, 'complaint.' ⁹ *hastam*, 'spear.' ¹⁰ *praeconis*, 'auctioneer.'

LATIN Q

SIGHT TRANSLATION OF POETRY

LATIN Q—SIGHT TRANSLATION OF POETRY

Thursday

1.30-3.30 p. m.

Read the passage through several times before beginning to write the translation. The translation should be exact, but in clear and natural English.

Translate into English:

THE SCENES REPRESENTED ON HANNIBAL'S SHIELD

Condebat primae Dido Carthaginis arces,
 instabatque operi subducta classe iuventus.
 Molibus hi claudunt portus, his tecta domosque
 partiris,¹ iustae Bitia venerande senectae.
 Ostentant caput effossa tellure repertum
 bellatoris equi atque omen clamore salutant.
 Has inter species orbatum² classe suisque
 Aenean pulsum pelago dextraque precantem
 cernere erat.³ Fronte hunc avide regina serena
 infelix ac iam vultu spectabat amico.
 Hinc et speluncam furtivaque foedera amantum
 Callaicae⁴ fecere manus; it clamor ad auras
 latratusque canum, subitoque exterrita nimbo
 occultant alae venantum corpora silvis.
 Nec procul Aeneadum vacuo iam litore classis
 aequora nequiquam revocante petebat Elissa.
 Ipsa, pyram super ingentem stans, saucia Dido
 mandabat Tyriis ultricia bella futuris;
 ardentemque rogam media spectabat ab unda
 Dardanus et magnis pandebat carbasa⁵ fatis.
 Parte alia supplex infernis Hannibal aris
 arcanum⁶ Stygia libat cum vate cruorem
 et primo bella Aeneadum iurabat ab aevo.
 At senior Siculis exultat Hamilcar in arvis—
 Spirantem credas certamina anhela movere,
 ardor inest oculis, torvumque minatur imago.

Silius Italicus, *Punica*, II, 406-431.

¹ *Partiris* = *dividis*.

² *Orbatum*: bereft.

³ *Erat*: it was possible.

⁴ *Callaicae*: Spanish.

⁵ *Carbasa* = *vela*.

⁶ *Arcanum*: secret (in reference to the rite).

LATIN Q—SIGHT TRANSLATION OF POETRY

Thursday

I. 30-3.30 p. m.

Read the passage through several times before beginning to write the translation. The translation should be exact, but in clear and natural English.

KING ANIUS DESCRIBES THE WONDERFUL POWER WHICH BACCHUS
GAVE TO HIS DAUGHTERS, AND TELLS HOW THE SAME DEITY
SAVED THEM FROM THE ANGER OF ATRIDES

Tum pius Anchises: "O Phoebi lecte sacerdos,
fallor, an et natum, cum primum haec moenia vidi,
bisque duas natas, quantum reminiscor, habebas?"
Huic Anius niveis circumdata tempora vittis
concutiens et tristis ait: "Non falleris, heros
maxime; vidisti natorum quinque parentem,
quem nunc—tanta homines rerum inconstantia versat—
paene vides orbum.¹ Quod enim mihi filius absens
auxilium, quem dicta suo de nomine tellus
Andros² habet, pro patre locumque et regna tenentem?
Delius augurium dedit huic; dedit altera Liber
femineae stirpi voto maiora fideque
munera. Nam tactu natarum cuncta mearum
in segetem laticemque meri bacamque Minervae³
transformabantur, divesque erat usus⁴ in illis.
Hoc ubi cognovit Troiae populator Atrides
(ne non ex aliqua vestram sensisse procellam
nos quoque parte putes), armorum viribus usus
abstrahit invitas gremio genitoris, alantque⁵
imperat Argolicam caelesti minere classem.
Effugiunt quo quaeque potest: Euboea duabus,
et totidem natis Andros fraterna petita est.
Miles adest et, ni dedantur, bella minatur.
Victa metu pietas consortia⁶ pectora poenae
dedidit. Et timido possis ignoscere fratri.
Non hic Aeneas, non, qui defenderet Andron,
Hector erat, per quem decimum durastis in annum.
Iamque parabantur captivis vincla lacertis.
Illae tollentes etiamnum⁷ libera caelo
bracchia 'Bacche pater, fer opem!' dixere. Tulitque
muneris auctor opem—si miro perdere more
ferre vocatur opem. Nec qua ratione figuram
perdiderint, potui scire aut nunc dicere possum.
Summa mali nota est: pennas sumpsere, tuaeque
coniugis in volucres niveas abiere columbas."

Ovid, *Metamorphoses*, xiii, 640-674.

¹ orbum, 'childless.' ² Andros, name of an island. ³ bacam Minervae, equivalent to *olivam*.

⁴ usus, 'gain.' ⁵ alant, depends upon *imperat*.

⁷ etiamnum, equivalent to *etiam nunc*.

⁶ consortia pectora, equivalent to *sorores*.

LATIN Q—SIGHT TRANSLATION OF POETRY

1913

Thursday

2-4 p. m.

Read the passage through several times before beginning to write the translation. The translation should be exact, but in clear and natural English.

EVANDER, KING OF ARCADIA, AS HE SENDS FORTH HIS SON PALLAS
TO WAR, ENTREATS THE GODS TO BE MERCIFUL

Fama volat parvam subito vulgata¹ per urbem,
ocius ire equites Tyrrheni ad litora regis.

555

Vota metu duplicant matres, propiusque periclo
it timor, et maior Martis iam apparet imago.

Tum pater Evandrus dextram complexus euntis
haeret, inxpletus² lacrimans, ac talia fatur:

“O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos,
qualis eram cum primam aciem Praeneste³ sub ipsa
stravi scutorumque incendi victor acervos,
et regem hac Erulum dextra sub Tartara misi,
nascenti cui tris animas⁴ Feronia mater

560

(horrendum dictu) dederat, terna arma movenda
(ter leto sternendus erat; cui tum tamen omnis
abstulit haec animas dextra et totidem exuit armis),

565

non ego nunc dulci amplexu divellerer usquam,
nate, tuo; neque finitimo Mezentius umquam
huic capiti insultans tot ferro saeva dedisset
funera, tam multis viduasset⁵ civibus urbem.

570

At vos, O superi, et divom tu maxume rector
Iuppiter, Arcadii, quaeso, miserescite regis
et patrias audite preces. Si numina vestra
incolumem Pallanta mihi, si fata reservant,
si visurus eum vivo et venturus in unum,
vitam oro, patior quemvis durare⁶ laborem.

575

Sin aliquem infandum casum, Fortuna, minaris,
nunc, nunc O liceat crudelem abrumpere vitam,
dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri,
dum te, care puer, mea sola et sera voluptas,
complexu teneo; gravior neu nuntius auris
vulneret.” Haec genitor digressu dicta supremo
fundebat; famuli conlapsum in tecta ferebant.

580

Aeneid, viii, 554-584.

¹ *vulgata*, 'spread abroad.' ² *inxpletus*, 'unsatisfied.' ³ *Praeneste*, name of a town. ⁴ *animas*, 'lives.' ⁵ *viduasset*, from *viduare*, 'to bereave.' ⁶ *durare*, 'endure.'

LATIN Q—SIGHT TRANSLATION OF POETRY

Thursday

2-4 p. m.

Read the passage through several times before beginning to write the translation. The translation should be exact, but in clear and natural English.

[*The Trojans mourn Hector. King Priam begs Achilles to give him the body of his son. The funeral is described.*]

Flent miseri amissum Phryges Hectora, totaque maesto
Troia sonat planctu¹. Fundit miseranda querelas²
infelix Hecube³ saevisque arat unguibus⁴ ora,
